

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Ionstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVII.

VD18 90529014

Historiae Piscivm Liber II. De Piscibvs, Qvi In Mari Et Flvminibvs Degvnt.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11089

* Plin. H. N.
l. 9. c. 42.

crorum inprimis avidissimi. Abditi
* pinnas exertas movent, specie ver-
miculorum. Terra, seu vado maris
per hyemem condi, a Plinio sub no-
mine psettae proditum. Tardissime
propter corporis latitudinem moven-
tur. Inter delicatissimos olim fuisse
cibos, ex Horatio, et Juvenali potest
est colligi. Tempore Jovii, *Aquatilem Phasianum* quidam appellare
erat solitus. Galenus inter pisces mol-

licarnes retulit, sed aliter Xenocrati,
et Villanovano visum. Ille durae
esse carnis, et difficulter concoqui
ait. Hic inter crassos viscidos excrementitios, reposuit: nisi forte superiores de laevi, cujus pulpa candida
et presso quodam humore succulenta;
hos de aculeato, qui revera durior,
locuti sint. Vivus impositus medetur
lieni, si remittatur in mare, si Plinio credendum.

HISTORIAE PISCIVM

LIBER II.

DE PISCIBVS, QVI IN MARI ET FLVMINIBVS DEGVNT.

TITVLVS I.

De Squammosis.

CAPVT I.

De Salmono.

TAB. XXXI.
12.

PISCIVM, qui in mari aequae ac
fluminibus degunt, alii quam
longissime a mari recurrunt, et
ad fluviorum origines usque penetrant,
alii in marium proximis morantes,
mox ad id *regrediuntur*. Utrorumque
quidam sunt *squammosi*, alii
Laeves. Ex illis sunt *Salmo*, *Lupus*,
Latus, *Alofa*, *Ziga*, *Albis fluvii*,
Mugil, *Capito Anadromus Gesneri*,
Caper, *Sturio*, *Galeus Rhodius*, et
Cataphraëtus.

jus piscis tanquam delicati mentionem
facit Helychius, aut *κατακλιδοποιον*
vocari posse putant, suo iudicio fruuntur.
Descriptionem si spectes. Piscis
est sat magnus, Bicubitalis quidem
ut plurimum est: apud Missenos tamen
et Dessaviae a XXIV. libris ad
XXXVI. accedit, in Helvetia circa
Tigurum graviores capiuntur. Basilea
quinque aut sex pedes longos dat,
nec temere Cetaceum piscem dici
posse Bellonius reliquit. *Squammis*
tegitur exiguis, et maculis ita notatus,
ut totus fere piscis subrufis et luteis
notis insignis videatur, quia vere in
capite iis caret, ideo *frontem lubricum*
Poëta dixit. *Os* habet amplum,
et valde denticulatum; nam praeter
id quod maxillae magnis et validis armatae
sunt dentibus, palatum etiam quadruplici
eorundem ordine munitur, linguaque
hamatis dentibus horret. Hunc quadruplicem
dentium ordinem Bellonius huic pisci
praeter aliorum fluvialium morem,
peculiaris esse ait, et cum cerasse
serpente communem: additque plures
esse in inferiori maxilla, quam in superiori.
Tergus colore fere est caeruleo,
aut ex caeruleo nigricat. *Oculi* magni
sunt. *Narium* foramina utrimque
germina:

Plin. H. N.
l. 9. c. 18.

SALMONIS solus inter veteres
Plinius mentionem facit. Ausonius
hoc nomen adultae aetatis, ut Sario-
nis seu quod melius Farionis mediae,
et Salaris primae imposuit, illud tamen
Truttiae convenit. Circa Rhenum
et apud Helvetios aestatis tempore
ad Jacobi usque festum vocatur,
Salin, inde ob festum Andreae
Lachs *Lachs*, nomine gaudet. Cum
Essoce Plinii eundem, quod Georgio
Agricolae, placet, vix credo, cum alibi
eum suo nomine appellet, et per
Essocem Lucium intelligere videatur.
An *Anchorago Cassiodori*, difficile
dictu, nam a Rheno duntaxat venire
scribit. Apud Graecos nullum invenio
nomen, qui aut *Salangem*, cu-

Cassiodor.
l. 12. Ep. 4.

mina: *Branchiae* utrinque quaternae, quarum opercula lata, et rotundis puniceis maculis plena sunt. *Pinnae* juxta eandem binae, totidemque in dorso, quarum prior in medio fere dorso est, altera caudae proxima, cutacea, carnosaque. In *ventre* tres sunt, binae fere in medio; tertia a podice, qui in imo ventre est. *Caudam* in unam latam, et rutundiusculam pinnam desinere Salvianus ait, Rondeletius vero bifidam esse testatur, indeque Salmonem jure *πλωτός* nominari posse putat. Quoad *internas partes*, *Cor* angulatum est, ventriculus oblongus et angustus: hepatis in nullo lobos divisum: rubrum Rondeletius tradit, Salvianus et Bellonius pallescere dixerunt: huic vesicula fellis ex viridi nigricantis annexa est. *Splen* ex rubro nigricat. *Alvus* ipsi prodiga nutat, et opimato abdomine fluit venter. Gesnerus a faucibus patulis *duos* se observasse *meatus* scribit, deorsum protensos, unum ad ventriculum, quem oesophagum vocant; alterum anonyum, (cujus usum ignorat, quandoquidem nihil in eo reperit, nisi forte ruminat (inquit) hic piscis et alimenti sui partem ibi repositam habet) qui cute candida et tenui constat. De *Maris* et *foeminae* differentia ita Aldrovandus: Foeminam a mare differre Rondeletius et Salvianus volunt, quod illa rostrum habeat magis aduncum, hami modo, indeque vulgo in Gallia Beccard appellari. Bellonius vero dum dubitat, num sit diversa species: foeminam esse interea insinuat, inquiens: Est et alius praegrans Salmo (foeminam esse autumant) quem vulgus Gallicum ab ejus ore praegrans Beccard vocare solet: alii a ferendis ovibus *Bortiere* (Portiere forte, nimirum a portando.) Differt is a mare Salmonem, quod labrum inferius in hami modum aduncum habeat. In superiore enim labro foramen est ad palatum tendens, in quod hamus maxillae inferioris se recipit, pixidatimque in tubi modum insinuat. Alii aliter de hac rostri curvitate sentiunt. Gesnerus testatur suos piscatores in mare tantum incurvari insigniter, in foemina per-

parum. Rondeletius quoque mari recurvum esse ait, sed foeminae magis. Quidam vero eruditus in epistola ad Gesnerum, in qua de Albis fluvii piscibus ad ipsum scribit, utrumque sexum id ceu quid praeter naturam pati arbitratus inquit: Salmo in Milda (hoc flumen ex Albi ingressus) si obstaculum seu praecipitium aquae juxta Desflaviam, secundo ac tertio frustra saltu superare conatus fuerit, vadum petit, eoque in loco sub lapidibus et saxis delitescens, emaciatur, et contabescens maculis rufi seu aenei coloris impletur, et rostrum inflectit in magnum hamum, eo quidem majorem, quo diutius manserit. Verumtamen credit vir ille doctus, idem ei tandem contingere, etiam si obstaculis omnibus superatis ad summas fluviorum partes eluctatus fuerit. Ex rostri itaque curvitate sexus non satis tuto distinguetur, tutissime vero ex ovibus. Addit Bellonius foeminam crebrioribus mare, iisque subrubris et rufis orbiculis in cute variegari: atque in Lepradis (de quo suo loco diximus) modum multis coloribus fugillari. *Marinus* magis quam fluvialis piscis est. Nam et in iis duntaxat fluminibus, quae in mare se exonerant, reperitur: et observatione notum est, si supra annum in eis perseveraverint, inspidos fieri; si diutius, post annum secundum ceu fideratos interire. Observatus in Albi adeo tabidus, ut exanguis et nullis fere intestinis appareret; nati vero ex eo pisciculi, nec longiores nec crassiores digito evasere, quam diu ibi vel juxta stagnantibus aquis immorabantur. Uberrima eorum in Bothnico mari versus Lappones captura, circa solstitium in extremis littoribus circa Thornam tanta magnitudo capitur, ut fortissima retia pondere suo rumpant. Apud Vestrogothos quoque in provincia Vermelandia, in qua dulcium aquarum locus centum millibus passuum in longitudine, et quadraginta latitudine patet, magna Salmonum est copia.

In Albi quoque, Vistula, Duna, Multavia, Sala, et Milda apud Misenos habentur. Rhenus et Mosella

Rondelet. de
Piscib. l. 22.
c. 17.

gratissimos alunt. Minus commen-
dati, quos Scaldis, Thamefis, Garu-
mna, Sequana, et Ligeris exceperunt.
In Rhodano qui capi existimant, fal-
luntur. Hoc praeter Rondeletium
et Scaliger pater prodidit. In Occi-
dentalis quoque Indiae fluminibus
numerofissimi capiuntur. *Cibum* ipsi
Salvianus pisciculos tribuit. Alii an-
te XXV. Julii pediculis aquaticis ve-
sci, a partu obvios pisciculos comede-
re, eosdemque in ventre reper-
tos, prodidere. Nonnullis in disse-
cto spissus quidam humor, subflavus,
et lapillus candidus, visus. Quidam
in majoribus nihil unquam, in par-
vis nescio quid reperiri tradunt, illos
sola aqua turbidiore victitare opinan-
tur. *Vitae* est tenacissima, sub uno
corde pulsante, recenter captorum
indicio, plures in frustra dissecti a pi-
scatoribus venduntur. Robertus ve-
ro Constantinus, exenterati, aquo-
sa sanie aspersum, ultra diem vive-
re vidit. De *Partu* proditum, per
autumnum et hyemem, ad veris in-
terdum initia, in fluviis, et minori-
bus rivis lubentius parere. An et in
Oceano nemo tradidit. Scrobs ex-
cavatur. Ova pisorum magnitudi-
ne foemina ponit: mas rore genit-
ali irrigat. Ova paulatim auferuntur,
et spiritu vitali inflata, ultro per aquam
deferuntur, et Salmulos producunt.
Salmulos mares aliquando genitura
plenos reperiri, et cum foeminis
adultis coire, eorumque ova rigare,
cum in Salmulis foeminis nulla ova
reperiantur, admiratione dignum est.
De eorum *Saltu* ita Gesnerus: Mil-
dam flumen prae caeteris diligit Sal-
mo, et (ut quidam putant) ab aqua
Albis fluvii qua cum permixta in
mare se exonerat, discernit. Itaque
plurimi eo in loco, ubi Milda in
Albim influit, (Dessaviam vocant,
quod oppidum est principum An-
haltinorum) capiuntur, hoc modo.
Ad Mildae in Albim ingressum prin-
cipes vallum sive obstaculum quod-
dam excitarunt, ut ita redundans
aqua ad molendina reverteretur, octo
cubicis aliquanto altius vallo gra-

ves et magnas arbores imposuerunt,
et perticis magnis intus cancellarunt,
ne Salmo transfiliat. Inter perti-
cas alicubi nassae sunt collocatae.
Hunc locum cum attigerit Salmo, qui
per Albim ascendit, saltu aduersus
aquae praecipitium se proripit in al-
tum, ubi vel in nassam incidit, et
capitur, vel arborem perticasve con-
tingit, indeque violenter in Mildam
se trajicit. Hoc si prima vice non
sucefferit, secundo etiam tertioque
experitur, et si ne tum quidem transi-
lire aut assequi altitudinem valli po-
tuerit, vadum petit, inibique sub fa-
xis delitescens emaciatur ac conta-
bescit. Si tamen flumen Albis au-
geatur et crescat, aduersus illud sub-
inde fontium et originis cupidus ascen-
dit, parit, et consumptus tandem
macie ac siccitate moritur. Adeo
vero nativus huic pisci saltus est: ut
Salmunculi etiam, si in vase aliquo
venales cum aliis permixti in aqua
fuerint, aqua eis adempta exiliant,
unde et ab aliis piscibus dignoscuntur.
Alii saltus causam in Robur, quidam
in Hirudines, a quibus mense Junio
et Julio infestantur, nonnulli in loca
abrupta conscendendi libidinem; con-
jiciunt, quod apud Hectorem Boe-
thium invenies. Singularem in *ci-
bis* habent gratiam, ita ut omnibus
piscibus praeferantur, suavitatem si
spectes. Habenda tamen aetatis,
loci, et temporis anni ratio est. Sal-
munculi, qui sex vel septem digitos
non excedunt, Aprili et Majo in de-
liciis habentur: adulti, tenuiores in
fluviis evadunt, si ea non longe
subiere. Moderati tum exerciti, si
longius progressi sunt, nimio labore
tabescunt. Plinius Aquitanicis pal-
mam detulit, Rhenanis Albertus, qui
mense Majo suavissime eduntur. Mi-
fensi post Pentecosten placent. Par-
tui vicini, cum et rostrum curvatur,
et maculas aerei coloris gerunt, da-
mnatur. Salitos et infumatos bona
Europae pars diftrahit.

N. Icon Salmonis Salviani ad
Tab. 31.



CAPVT II.

De Lupo et Lato.

TAB. XXIII.

3. 4.

Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 2.Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 2.Athen. Di-
gnos. l. 7.

Quem Latini a voracitate *Lupum* vocant, Lucill. Catillonem vocavit, is Graecis λαβράξ, aut παρὰ τὴν λαβράτητα, ut Athenaeus author est; ab ipsa vehementia: aut quasi *λίαν βόρος*, valde vorax, ut Eustathio placet, vel διὰ τὴν κέχνην αὐτῆ τὸ φόμα, καὶ ἀθρόως καὶ εὐχερῶς ἀλισκεται, quod illi os hiet, et repente cumque impetu avide vorat, ut Suidas vult, dicitur. Nec *Lucium* esse, quod Philephus voluit, quod hic in fluviiis et lacubus degat; nec *Sturionem*, quod Volaterranus et Poggius Florentinus tradidere, quod hic squammis careat, nec carnivorus sit; nec *Lacciam* seu *Chieppam*, quod haec dentibus destituatur, certum est. Piscis est squamosus, squammae argenteae sunt, mediocres, et ferratae, quaeque carni et inter se validissime cohaerent. *Rostrum* habet oblongiusculum. *Os* cum hiat valde patulum. *Linguae* oblongam, si Athenaeo ex Aristotele fides, osseam, et adhaerentem. De *dentibus* non conveniunt scriptores. Carere *Massarius*, et *Rondeletius*, quod ob oris magnitudinem facile praedam devoret, tradiderunt; tenues confuso ordine undecunque *Bellonius* posuit, plurimos, tenuissimos, multiplici ac vario ordine dispositos, pectinum instar, quibus lanarii utuntur, *Salvianus*. *Oculi* sunt magni. *Branchiae* utrimque quaternae. Harum operculum duobus ossibus constat, quorum superius postrema sui parte squammatim committitur. A summis branchiis per utrumque latus linea fere recta ad caudam ducitur. *Pinnas* Aristotele teste, binas habet parte prona, totidemque supina. Quae prona parte capiti proxima est, octo vel novem acutis et inaequalibus aculeis tenui membrana colligatis horret: altera unico tantum. Contra supina parte caudae vicina aculeos habet ternos. *Cauda* in unicam pinnam degenerat. In parvulo, ut diximus, nigrae apparent *maculae*, quae in paulo adultiore prorsus delitescunt, *Grandiufculus* enim argenteus est, dorso tamen paulo minus quam ventre

candido. Locus etiam *colorem* mutat, nam qui in mari capitur, ex caeruleo candicat, in ostiis fluviorum, totus albus est. *Carnem* habet secundum *Jovium* lacteam, secundum *Bellonium* rubescentem, seu is diversae speciei, sive *Oceanus* aliquid mutat. *Cor* triquetrum, ut *Athenaeus* ait: *ventriculum* amplum, et longum: *appendices* binas maxime conspicuas, *jecur* subflavum, in duos lobos divisum, quorum dextro fellis vesica committitur; *Lienem* rubrum et longum, *intestina* lata nec multis complicata anfractibus: *folliculum* plurimo aëre tumidum, *spinae* dorsi validissime annexum. *Bellonius* e pusillo *magnum* ac *cetaceum*, *Salmonis* more evadere solere testatur, ut ex *Oceano* libras quindecim non nunquam pendere visus sit. *Salvianus* ad viginti libras, aliquando excrescere observavit. Quomodo *Columella* quosdam sine macula, varios alios faciat; et quid *Plinius* per suum *Lanatum*, intelligat, facile hinc colligi potest. Ita *marinum* esse piscem, ut et *λιμνοδαλάσσης*, et ostia fluviorum non refugiat, *Galenus* praeter *Oppianum* author est. Sed et in dulcibus, *Letho* nempe *Lybiae* circa *Berenicem* fluvio nasci, *Athenaeus* memorat: nihil de *Columella*, qui *Velinum*, *Sabatium*, *Vulfinense*, et *Ciminum*, eosdem procreare innuere videtur, dicam: secus enim in sequenti sentire creditur capite. In dulci portu quem *Phanarium* vocant, longe majores vulgaribus reperias, apud *Miletum* quoque praegrandes et plurimos, ut apud *Aristophanis* *Scholiastem* et *Suidam* legimus. *Archestratus* apud *Athenaeum* *θεοποιίδας* vocavit. Solet et mediae cryptum penetrare saburrae. Qui in fluviiis capitur, *Lanei* a *Martiale* nomen accepit, et expresse de iis *Plinius*. In *Tyberi* amne inter duos pontes tanti pretii, ut *Philippus*, apud hospitem *Cassino* in oppido, auctore *Columella* *Lupum* sibi in coena appositum *gustabundus* expuerit, dicens, *Per-*
eam

Columell. R.
R. l. 18. c. 17.Plin. H. N.
l. 9. c. 17.Galen. Alim.
lib. 3.Oppian.
Hal. l. 1.Columell. R.
R. l. 8. c. 16.Colum. R. R.
l. 8. c. 16.Varro R. R.
l. 3. c. 3.

eam nisi piscem putavi: quasi in-
nueret, solos Tyberinos lupos pi-
scis nomine dignos esse. Lucillus
isti Catillonis quasi Catillorum ligu-
ritoris nomen, teste Macrobio, im-
posuit. Solet enim cloacas subire,
et obvia quaeque devorare. In India
exundantibus in agros fluviis, * in
planis camporum vagantur, et ab
aqua destituti praedae sunt. *Vescitur*
carnibus praecipue, nec piscibus, vel
corruptissimis escis parcat. In exen-
terati ventre serpens aliquando inven-
tus est. Tangit et * algam, et sterco-
ra: Ἀλγίμον ἰχθύον Oppianus vocat.
† *Aristot. H. A. l. 6. c. 17.* His maxime locis † qua flumina in ma-
re exeunt, ova parit aestate et hye-
me, ideo alicubi bis idque inter fu-
faneos solus facere creditur, sed poste-
rior partus infirmiorum. Sublimes
Aristot. H. A. l. 5. c. 2. *Plin. H. N. l. 32. c. 2.* *Oppian. Halient. l. c.* *Plutarch. l. utra animal.*
Aristot. H. A. l. 3. *Plin. H. N. l. 9. c. 70.* *Plin. H. N. l. 9. c. 62.*
natant. Athenaeo sunt *μονήσις* soliva-
gi, Aristoteli *χύτροι*, fusiles seu fusanei.
Mugilum, Luporumque capturam
uno retis jactu centum aureis coro-
nis venisse, Rondeletius oculatus tes-
tis est. *Solertia et ingenio* non desti-
tuit, docilesque sequentia docebunt.
Rete circumdati harenas arant cau-
da, atque ita conditum transeunt re-
te, Et quamvis minus in providendo
solertiae quam mugiles habeant; ma-
gnum tamen robur in penetrando
habent. Nam ut haesere in hamo, la-
xant vulnera, donec excidant insi-
diae, quod praeter Plinium, Oppia-
nus, Ovidius et Plutarchus tradide-
re. In Floro amne tam mansuetos ef-
se, ut e manibus porrigentium ci-
bum capiant, Nymphodorus author
est. Et quia lapidem in capite hyeme
sibi insensissimum se habere sentiunt;
ideo in abditos se tum gurgites demer-
gunt, qui in sublimi natant, frigore
congelati moriuntur. Cur inter alios
pisces cum Mugile, Salpa et Chromi-
de *clarissime audire*, post Aristotelem
Plinius scribat, et in vado vivere ad-
dat, nescio, nisi forte sublimem nata-
tum in causa ponat. *Capiuntur* saepe
numero dormientes fuscina. *Inimici-
tias* cum Mugile et Squillis gerunt.
Caudam illi praerodere Nigidius apud
Plinium author est. Pugnantes in-
vicem saepe Puteolis, praesente Bes-
sario, Perottus vidit. Stasis tamen
mensibus concordēs sunt, et in unum

gregem, si abunde cibati, coeunt. Ab
his cornu quod fronte exit, punctus
interimitur, quem Oppianus et Aelia-
nus describere: Magni olim apud
Romanos Opsophagos aestimii erant.
Plinius post Elopen et Acipenserem
praecipuam iis et Afellis authorita-
tem tradit. Archestratus Milesium
δεόπανδα et quidem *διὰ τὸ πολύτιμον*
vocat, et Tripatinum summam coe-
narum luxuriam ingrediebatur. Sed
maximi, lactes, cerebrum et epar fie-
bant. Illo Eliogabalus rusticos in me-
diterraneis pavit. Hujus gratia, Her-
maeus Aegyptius piscium institor,
non nisi exenteratum vendebat. *Carnis
qualitas* non nisi loci, temporis, et
aetatis ratione habita, definiri pot-
est. *Locus* si spectetur, in mari puro
qui sunt, boni, sunt Hicelio fucci, sed
pauci nutrimenti, * sanguinem con-
sistentia tenuiorem gignunt, et diu-
tissime citra putredinem, imprimis si
nive circumdentur, servantur. Inter
duos pontes Romae capti, ob vitio-
sam aquam, graviter olent, et facile
putredinem concipiunt. Illaudati,
qui in piscinis habentur. *Tempus* si re-
spicias; deteriores sunt dum in utero
habent: summa hyeme et Januario
captis gratia, nisi forte nimio exerci-
tio soliditatem carnis acquisiverint.
Lanatas Plinius dixit, si ventrem at-
tenderis, quo mollitie et pinguedine
blandiuntur. *Aetatis* ratione, tenelli
suaves et stomacho grati sunt, copio-
se nutriunt, et facile per corpus de-
scendunt: mediocres optimo se com-
mendant collo. Apparatum alibi vi-
de. Aegris in albo jure aut ex aceto
optime elixantur. An quod *σπερμολό-
γοι*, a Pythagora rejecti fuerint, dubi-
to. Plutarchus certe postquam sic sen-
tientium sententiam exposuisset, pa-
trocinari ipsis videtur. De usu in *Me-
dicina* pauca occurrunt. Tanta est, si
Marcello credimus, adversus frum-
mas efficaciae, ut ad quamlibet cor-
poris partem admotus, earum vitium
perianet. Lapilli capitis dolorem le-
vare, Euporistῶν author tradidit.

LA T V S, inter Nili pisces a Stra-
bone numeratur. Esse et marinum
Archestratus apud Athenaeum pro-
didit. Candidissimus est, ducenta-
rum saepe librarum magnitudine, et
quo-

Juven. Sa-
tyra 5.

* Aelian. H.
A. l. 16. c. 12.

* Aristot. H.
A. l. 5. c. 10.

† Aristot. H.
A. l. 6. c. 17.

Idem l. 5.
c. 9.

Plin. H. N.
l. 9. c. 51.

Aristot. H.
A. l. 5. c. 2.

Plin. H. N.
l. 32. c. 2.

Oppian.
Halient. l. c.

Plutarch.
l. utra ani-
mal.

Aristot. H.
A. l. 3.

Plin. H. N.
l. 9. c. 70.

Plin. H. N.
l. 9. c. 62.

TA
XXV.
Str
Geogr

* Galen. de
Aliment. fa-
cult. l. 3.

Arist.

Plin.
l. 4. c.

Strabo
Geogr. l. 15.

quouis modo paratus suavissimus. Umbrae simillimum substituit. Tarndeletius pro eo, Coracino ac rentinus *Latili* piscis meminit.

CAPVT III.

De *Alofa*, et *Ziga* *Albis* fluvii.

TAB. XXVII. 3. 4. *Strabo Geogr. l. 15.* *Alofae* nomen, huic de quo jam acturi sumus pisci, post Strabonem Aufonius ex vulgari imposuit, Gregorius Tiphernas in Strabone, et Theodorus Gaza in Aristotele, *Ἐλισσαῖον*, quam moderni Graeci *Ἐλισσαῖον*, forte quod spinis seu aculeis aliquando soleat inhorrescere, ejus nomine donarunt. Rondeletius Archippo et Mnesimacho *Ἐλισσαῖον* appellari tradit; quam tamen a Thriffa diversam, ut Trissam cum Trichide eandem, Gesnerus, *varium* ut *Panthera* et Pavo Aristoteles facit. Nec *Lupus* est, quod Platina voluit; quod hic Mugili caudam praerodat, illam edentulam sciamus; nec *Clupea*, piscis magnus, qui crescente luna albus est, decresciente nigrescit, corpore minimum aucto a propriis spinis interimitur, in Areni Galliae fluvio nascitur, in capite lapidem grano similem, qui ad quartanas sinistrolateri decrescente luna alligatus facit, et Attilum Padi, venam quandam in faucibus ejus mira cupiditate appetens, morlu exanimat, ob rationem eandem. Univerfi corporis figura, si cum latitudine confertur, oblongiuscula apparet, et in latera ita compressa, ut imus venter, recta linea praeacutis aculeis et constructa, et propterea non aspera solum, sed ferrae etiam modo secante (si adversa deducatur manus) terminetur. *Spinis* sive *aristis* etiam scatet innumeris, et inter vescendum admodum molestis; quod cum Trichidibus quoque commune habet, unde Albertus, et Marmellius latinum ejus nomen Aristolium sive Aristofum confinxerunt. *Caput* habet in latera valde compressum, *rostrum* acutum. *O* cum maxime hiat, admodum patulum, edentulum, atque omnis asperitatis expers. *Branchia* utrinque quaternae. *Squamis* tegitur

magnis, tenuibus et facile deciduis. In capite supra oculos, utrinque veluti gemmae smaragdinae relucunt. *Lingua* nigricat, superiores mandibulae deorsum prominent. *Ventre* et lateribus argentum aemulatur, *Dorso* vero et capitis vertice ex albo flavescit. Romae cum maxime aucta bipedalem mensuram non superat. *Marinus* est ^o piscis, sed ex mari ineunte vere cum in utero habet, subintrat, inchoante aestate revertitur. In Tyberim delapsae strigofae sunt, et quadam marinae saluginis ariditate parum amabiles, paucorum dierum mora, Tyberinis undis pinguescunt. Laudatas Arnus et Umbro in Hetruria, Liris et Vulturinus in Campania, praebent. Galliae et Hispaniae flumina maximas, Mosa in Hollandia suavissimas. In Aquitania ob frequentiam *plebis obsonium* Aufonius vocat. In Arverniae fluvio juxta Marignensium oppidum, supra mille ducentas uno retis jactu capi, Rondeletius auctor est. In Euripo reperiri negat Aristoteles. Burdigalae et Lugduni succulentiores quam Massiliae venduntur. *Pariunt* in fine aestatis in mari. Athenaeus *μυρίδας* Thriffas dixit, Oppiano, alternant vias Ponti curruntque per aequora, Hospitium mutant semper, Pontoque vagantur. Figulus veris adventum Mosellanis nunciare, et mense Majo tonitribus, adeo terreri, ut plurimae in ripa exanimatae reperiantur, scribit.

In Arverniae Oppido Maringensio ad testudinis sonos adnataffe, et saltasse Rondeletius vidit, quod et de Thriffis Aeliano et Porphyrio proditum, nec de mendo in Athenaeo, qui Trichidi hoc quicquid est adscribit, dubitandum est. In nullo apud Veteres fuisse *pretio*, Aulo-

* Strabo
Geogr. l. 15.

Oppian.
Hal. l. 2.

Aelian. H.
A. l. 6. c. 32.

Porphyr.
πρὸς ἀναξίτην
l. 3. Aufon.

Aufonius testatur. Postquam pingues evasere, succum mediocriter bonum, et qui facile distribuitur, gignunt: sed quia glutinosioris alimentii excrementa non facile atteruntur, ideo ab ipsis exhalationibus, intempestiva somnolentia inducitur, et fitis excitatur. In pisculariis Bavarorum legibus, teste Gesnero, interdicitur, ne duobus palmis vel septem digitis, propter aristarum et parvitatem et multitudinem capiantur. Videri prudentissimum, quod non nisi obesus, maximeque, idoneo tempore, cum esu carniū interdicitur, appareat, dixit.

Aldrov. de
Piscib. l. 4.
c. 5.

ZIGA Albi fluvii, qui et *Goldtsch* ab aureo circa caput colore dicitur, sic a Kentmanno describitur. Zige piscis est tenuis et siccus, paucae carnis: colore pulchro, argenteo, dorso tamen subfusco, oblongus est, non ita latus, ut soleat esse pisces Goldtsch dicti, qui in Marchia capiuntur: longitudo enim ejus ad latitudinem quintupla est. Caput ejus si foris aspicias, Harengi capiti non dissimile est, nisi quod in parte superiore oris scissuram habet. Lingua ejus parva, quae colore nigricat. Dentes utrinque ad latera in faucibus, mandibulis duabus duri adnati: sicut in ejusdem fluminis piscibus (de Capitonum fluviatilium genere) Jeseno et Dibelu, ut vulgo nominant. Caput et oculi ad aureum colorem, paucos viridi permixtum, accedunt. In summis lateribus utrinque maculae

quaternae nigrae digeruntur, quarum prima ad summas branchias, ultima paulo sub initio pinnae dorso. Ex Oceano in Albi *subit* hic piscis et paulatim consumitur ac deficit. *Capitur* ut plurimum in hoc flumine, a festo Pentecostes usque ad Divi Johannis diem, quo tempore Sturio migrat.

A Sturione enim e mari in Albi pellitur. Quanquam autem ad velocitatem et fugam prae omnibus in Albi piscibus, comparatus sit; mollis est tamen et quam primum ex aqua in aërem subductus perit. Maximi hujus generis in Albi apud nos (Misenos) duabus cum dimidia libris (sedecim unciarum) ad tres cum dimidia (quod tamen rarum est) perveniunt. Sive *assus* sive *elixus*, non boni saporis est. Si tamen praeparatum, sale intus aspergas, tum in fumo aut sole leviter sicces, et ita butyro inunctum super craticula asses, melius (ut in hoc genere) sapit. Et quoniam aridi hi pisces sunt, sunt qui in aqua elixant, deinde exemptos condunt jure e butyro, zinzibere, aqua et modico aceti, sicuti etiam alios quosdam pisces siccatos condire solent, ut Truttas, Thymallos, Lucios, et Cyprinos latos. Quomodo-cunque paretur, nullus tamen in Albi piscis aequae ferini aut virosi saporis est; et a quo etiam nomen ei impositum conjicio, ut Zige, id est, Hircus dicatur, hircum enim praesertim insolatus, olet. Capitur et in lacu Sverinensi. Alosam Gesnerus credidit, metuo ne perperam.

CAPVT IV.


De Mugilibus.

Tab. XXIII.
4. 5.
Aldrov. de
Piscib. l. 4.
c. 6.

Historiam Mugilum, nomenclaturarum diversitas obscuram facit Κεφαλος, λευκίσκος, κεφαλος, νησις, περαινας, μυζίνος, σάργος, χελών, βόαχος, σφηνεύς, δακτυλεύς, κεφαλίνος, βλεψίας, πλεύτες, quae apud Aristotelem, et Athenaeum, ex Hicesio, Dorione, Eutydemo, Polemone invenies, praecipuae sunt; κεφαλος, Aristoteli et † generis et speciei * nomen est. Hicesius speciei,

† Arist. H.
A. l. 5. c. 11.
* Arist. H.
A. l. 8. c. 2.

Dorion generis duntaxat mentionem fecit, et in *marinum* et *fluviatilem*, illum iterum in *Cephalum* et *Neslin*, divisit. Appellationem ἀπὸ τῆ κεφα, seu telo, belli Perfici tempore invento, fortitus est, quod eo teli modo in anum immisso apud Athenienses publice adulteri poenas luerent. *Leuciscis* seu *Alburnis* et *Albulis* ab albo colore nomen impositum est, perperam γλαυκίσκος dicuntur; Galeno




Salmo. Salm. Lachs




Salmo. alius Salms. Ein ander geschlecht.



Mugil Meeraleet




Lupus Meer-Wolff



Mugilis. Species alia.



Capito Anadromus Ellnasen Meernasen.



Caper. capri. Scus

Sawfisch.



Acipenser Zealandicus.



Stoer. Sturio.

Acipenser.



Stoer.

Acipenser seu Sturio 2.



Acipenser. seu

Sturio 3.

Galen. de
Alim. facult.
l. 3.

Galeno sunt fluviales, κέφαλος generis quidem nomen est: sed quia παρὰ τὸ βαρύτερον τὴν κεφαλὴν ἔχει nomen obtinuit, nec id omnibus magnum, non omnibus etiam competet, nisi forte ideo dictum esse putes, quod in metu capite abscondito totum se occultari credat. Aristoteli, sane

* Arist. H.
A. l. 9. c. 17.
† Aristot. H.
A. l. 8. c. 2.

* aliquando peculiaris et unica *Mugilum species est*; aliquando duas † sub se species complectitur: nec forte male Mugiles marinos in Cephalos et νῆσις distinxeris. Νῆσις epithetum est omnibus Mugilibus commune, quod omnibus carnibus abstineant. Περαϊός species nomen est, sed speciem Cephalo alteram, quae muco suo vivit Epithetum, et idem cum μύζινω videtur. *Sargus*, seu ut apud Aristotelem σαργίνος, quid sit, dubitatur, Rondeletius eundem cum νῆσις seu jejuno facit, Aldrovandus discernit. *Chelones* cum Bacchis Hicisio iidem, et

Plin. H. N.
l. 32. c. 7.

Plinius Banchos inter Mugiles recenset, sed cum Myxone eisdem facit. Rondeletius Bacchum quintam quandam speciem Hicisio esse, insinuat. Σφρηγεὺς, Salviano cuneatus, Geinero Cunealius, quod λαγαρός καὶ τετράγωνος, *gracilis et quadratus sit*, ita dictus, a solo Eutydemo inter Mugiles reponitur. Alii σφρηγεὺς legunt, ut a σφῆξ vespa, non σφῆν cuneo, isti pisces dicti fuerint. Δακτύλειος nomine Salvianus minorem aliquem in eodem genere ab Eutydemo poni putat, alii δακτυλεὺς, sed perperam legunt, cum duos in latitudine digitos non excedat: nec alii forte fuerint, quam quos Padi accolae Canistrellos, quod in Canistris venales ferri soleant, vocant.

Galen. de
usu part.
l. 8. c. 6.

Cephalinus quibusdam cum Blaepfia, teste Dorione idem, nisi mendum sit, et pro Blaepfia βλέννα, quod idem quod μύζα, ut Galenus scribit, significat, legi debeat, et sic Cephalinus inter species Nestium numeretur.

Plaetarum nomen Cestreis a quibusdam imponitur, si Polemoni libro de fluminibus Siciliae credimus. Actum de illis in capite de Muraenis. *Species* Mugilum seu Cestriorum sunt

quinque, apud Aristotelem, *Cestreas* nempe proprie dictus, *Cephalus* cognomento Chelon seu Labeo, *Cephalus pears*, sive translitoranus, *Sargus* sive *Sargo*, et *Myxo* seu *Muco*. *Caput* nonnullis est magnum et depressum, *rostrum* breve ac retusum, ut *Capitonibus*, aliis minus et rotundius, *rostrum* magis extensum et acutius, ut *Cheloni*. *Os* omnibus parvum, rotundiusculum et edentulum. *Squamis* omnes teguntur. *Cestreis* magnas et crassas habet, quae numismatis speciem mentiuntur. *Pinnas* utrinque binas gerunt, illos si excipias, quos lacus Sipharum gignit, quibus teste Aristotele, una tantum utrinque est, et supinis carent. Praeter binas illas pinnas, quae utrimque consistunt, unam habent ab ano; in dorso duas, quarum altera aculeata est, altera aculeis caret; ad caudam spectans. Omnes a branchiis *lineas* aliquot subobscuras ad caudam deductas habere videntur, etsi haud aequae in omnibus sint conspicuae. *Dorso* sunt subnigro: *ventre* vero candido.

Arist. H. A.
l. 6. c. 13.

Aristot. de
part. l. 4.
c. 13.

Ventriculus teste Aristotele carnosus est: cui parte altera plures appendices exeunt: altera una tantum, ut idem ait. Rondeletius longe alium esse scribit quam in carnivoris piscibus, densum nempe et carnosum instar ventriculi avium, foris planum, intus rugosum, figura verticilli vitrei, quod mulieres fufis appendunt. *Intestina* quoque crassa sunt, pinguique et in gyros acta; in quibus splen latet, ut idem observavit, et sub pinna locum aëre plenum reperit. *Hepar* pallet; parvum, et tanquam manu ventriculum amplectens. *Fel* rufum sive flavum, aqueae consistentiae. *Cestreo* ejusdem Rondeletius hepar ex albo rubescit: caro mollior, laxior, minus candida, minusque pinguis, quam Cephalo, additque gulam habere; ventriculum in longam appendicem desinere, semper inanem esse, uti et intestina. Lapis quem Cestreis in capite gerit, *Echinus* et *Sphondylus*, ab echinata specie dicitur. *Lineae*, quae a branchiis ad caudam ducuntur, Cephalo breviores sunt. *Chelon* sive *Labeo* nigricantes a capite ad cau-

caudam aequalibus spatiis distantes protensas habet. Habet et labra crassa, spissa, prominentia, unde *χε- λῶνος Labeonis* nomen. Capite est paulo minore quam Cephalus, oculis prominentioribus, sine pellicula illa concreta, quam veluti palpebram habet in capite. Marinos pisces esse nullum dubium, sed an omnes fluvios et stagna subeant, incertum. Capitonum alius translitoranus Aristoteli, quasi in alto mari degat. Galenus in stagnis quoque nasci scribit. Ut ut sit, Cestreum proprie dictum esse judico, qui longius a mari, ut in * Nilum ita in alios fluvios recedit. Cephali in ejusdem vicinia, propter dulcem aquam et limum morantur. Etsi autem aquas ament, ab imbribus tamen adeo vehementer laeduntur, ut *visum* amittant, ut Aristoteles prodidit. Cephaloni inprimis oculi per hyemem albescunt: ipse tum et macer et coecus, quod in Nauplio terrae Argivae agro accidit, capitur: inprimis, si hyems asperima fuerit.

Aristot. H.
A. l. 8. c. 2.

* Strabo
Geogr. l. 15.

Arist. H. A.
l. 8. c. 19.

Marinos a fluvialibus, spinarum numero et quantitate distinxit Galenus, plures his et minores innuens: certius indicium sapor ipse suppeditat. Acriorem et pinguedinis expertem Cephalum dicunt qui praestantior.

De *Cibo* non convenit inter auctores. Carne abstinere Aristoteles tradit, vivente duntaxat Oppianus et Aelianus. Idem Cestreum alga et limo vesci scripsit. Gulosus autem maxime est et insatiabilis, ideo in proverbium abiit, aviditas saepe tanta, ut cauda verberando exeat cibos.

Aelian. H.
A. l. 1. c. 3.

Oppian.
Hal.

Plin. H. N.
l. 9. c. 17.

Tanta iisdem salacitas, ut in Phoenice et Narbonensi provincia, coitus tempore e vivariis marem linea longinqua per os ad branchias relicta emissum in mare eundemque linea retractum, foeminae sequantur ad littus, rursusque foeminam mares partus tempore.

De ipsorum *Generatione* ita Aldrovandus. Quod ad ortum generationemque eorum pertinet: scribit Aristoteles esse, qui omnes sponte oriri opinentur, quorum opinionem re-

fellit, quoniam unicum tantum eorum genus sit, quod non coitu, sed ex limo arenave enascatur; caeterorum verae foeminae ova, mares semen genitale habeant. Pariunt autem eodem teste semel anno; sed an eodem omnes tempore, difficulter ex ipso colligas; alias enim Capitonem vere parere tradit ultimum, quoniam novissime ejus foetus appareat: alias omnes Decembri menie gravefcere ait, tricenisque diebus gerere, et in iis Capitonem quoque enumerat, alias Cestreos ait inter primos partum accelerare, parere hyeme, locis iis maxime qua flumina exeunt, dum uterum ferunt, praecipue graviter laborare, ideoque fieri, ut tunc potissimum ruant in terram ac excidant: feriri porro gravi stimulo agitato in terram, atque omnino in temporis motu perpetuo incitari, donec pariant, sed requiescere a partu continuo.

De *Ingenio* et aliis hoc habet. Tam veloces esse, ut jejuni transversa navigia superjactent, et ubi dispositas piscatorum sensere insidias, retia supervolent, ut veluti sagittae arcu emissae videantur. Curvos hamos habere suspectos, ideo postquam diu circumnavaverit, cauda prius escam percellere, et quod avulserunt deglutire, mox ore in angustum collecto, summis tantum labris ac vellicatim escas stringere. Irritati, in sublime feruntur, et effugia quaerunt; si aberravere, quiescunt, et necem profratri expectant. *Usus in Cibis* quod attinet, Hicesius omnes Leuciscos et Mugiles boni fucci esse, facile excerni, nec multum alere, scribit, nempe si mari puro capti sunt. Nam qui in coenosis locis, quales tum illi, qui in Etruria in Prillino lacu apud Orbatellum ad mediterranea deferuntur, tum hi, quos Padusae atque ipsi luculenti Fossae Clodiae canales viscere praetenero, Ferrariensibus et Venetis copiosissime praebent, pinguedinem humanae naturae infestissimam habent. Aristoteles in fluentis et lacubus, quod pinguiores fiant, praestare dixit. Lynceus Samius hyeme post partum laudat.

Aesta-

TAB.

Alatro
de Pij
l. 4. c.

Plutarch. l.
utra animal.

Oppian.
Hal. l. 2.

Aestate lutum quod stagna exsiccentur, olent. Septembri, quod luto putrescente pinguiores evadant, insalubres sunt. Optimi qui circa Abderam, deinde qui circa Sinopem capiuntur. Romae maxima ovorum gratia, quae teste Jovio, geminis folliculis circumcisa parte feminis, recentibus Cephalis eximuntur, et nomen *ἰὼν τὰ πικρὰ*, ovorum salitorum apud Graecos obtinere. Quantum

ad Medicinam, Ventriculus Mugilum, seu in cinerem redactus, seu in fumo siccatus, et vel vino albo, vel aqua absynthii ablutus, et in cibo sumptus, ventriculi exsoluti vires non minus quam ventriculi gallinarum potus interna reficit. Elixus in vino et ex aceto sumptus vomitum compescit, prodente omnia Rondeletio. Lapilli in cerebro contra Nephritim valent.

CAPVT V.

De Capitone Anadromo Gesneri.

TAB. XXIII.

6.
Alarvand.
de Piscibus
l. 4. c. 7.

Capitonem Anadromum, Gesnerus et Kentmannus descripsere. Natus, inquit, ille, videtur, prominente et carnosa superiore oris parte, ut in nostris fluminibus, is quem Nafi nomine descripsimus: cui etiam reliqua corporis specie per omnia adeo similis est, ut discrimen nullum animadvertam, ne colorum quidem fere, nisi quod Albinus hic Nafus magis albicat, noster fluviatilis, vero magis fuscus est. Sed noster plane fluviatilis est, Albinus e mari ascendit: praeterea noster vilis et plebejus est, Albinus vero inter laudatos, praefertim assus. Hoc etiam notandum, cum Albinus alio nomine *Blicca* dicatur, longe alium piscem eodem nomine a nostris vocari, de quo egimus inter albos pisces. Miseni etiam Zertam dicunt, quod nomen etiam Polonis usitatum audio. Zerta inquit Kentmannus, piscis longiusculus, argentei nitoris, squammis parvis tegitur, dorso subfusco: pinnis quae ad branchias sunt et parte supina rutilis, pauco caeruleo admixto. Linea utriusque a branchiis ad caudam tendit, in qua puncta fusci coloris digeruntur. Caput crassiusculum, oculi pulchri, magni, albicantes, nares magnae non procul ab ore. Os molle prorsus, in quo nec dentes sunt, nec alia asperitas, sed ab initio gulae seu faucium, maxilla utriusque valida, dentibus senis oblongis valata. Maximi hujus generis pisces qui apud Misenos capiuntur, bilibres

sunt. Libram XVI. unciarum dico. Anno toto ex Oceano in Albi ascendit hic piscis, maxime vero circa Pentecostem, qui tempore parit, migrare solet, tunc etiam ad cibum praefertur, quod foeminae ovis plenae sunt. Manent et pariunt in Albi, proficiuntque ipsi et soboles: augentur enim et pinguescunt. Vescitur omne genus pisciculis, qui nullis praefertim spinis et aculeis rigent: item muscis aliisque insectis, quibus intra aut proxime supra aquam potitur. Habetur inter optimos qui in Albi sunt, assari solitos pisces. Caro enim ejus optimi saporis est. Rite etiam elixus non male sapit. Desquamatus nempe, exenteratus et elutus, in aquam fervere incipientem immittitur, conditusque ac salitus ad juris fere consumptionem coquitur, quo modo permulti etiam alii fluviatiles pisces elixari solent. Sunt qui juri haud fere consumpto copiosum butyrum addunt, eoque liquato piscem inferunt. Potest et aceti aliquid affundi, et Zinziber aspergi, pro cuiusque palato. Assus vel simpliciter, vel cum embammate e caepis minutatim concisis, vino, croco, saccharo et zinzibere, sapidissime estur. Nec displicuerit desquamatus, in frustra concisus, quae in polenta aut fecalis pollinevolvuntur, atque ita in butyro sive crudo sive liquato frixus. Haec omnia Kentmannus. Addit Gesnerus non in Albi tantum, sed Sala etiam apud Misenos flumine Zertam capi.

TAB. XXIII.

7.

Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 8.

Caprum et Capriscom eisdem Sal-
vianus, diversos Rondeletius
facit. Maxima hic nominum affini-
tas, et uterque duram pellem habe-
re traditur. An vero *καπρίσκος*, *χοίρος*
Strabonis, *ὄς* aliorum, et *μῦς* Oppia-
ni et Aeliani sint iidem, dubitari pot-
est. Equidem Athenaeus Aristotelis
κάπρον χοίρον vocat; alii tamen *σολά-
φρον*, quidam *σολάφρον* legi debere opi-
nantur, nonnulli *Chalcidem* piscem
vocalem et in dulcibus aquis habitan-
tem crediderunt. *Porcus* etiam Niloti-
cus Strabonis potius porca fluviatilis
minor est, piscis rotundus, spinis in
capite noxiis, in vero *σαρμάθιδα*, qua-
si in arena fodientem facit, quod ter-
restris suis more rostro arenam fodiat,
Numenius facit, eandemque cum *σολά-
φρον*, cui Simeon Sethi eas in nutrien-
do facultatis rationes attribuit, quas
alii fere Rhombo tribuunt, Aldrovandus
posuit. Salvianus cum *καπρίσκω*
et *χοίρω* eundem iudicat, *μῦν* denique
inter *σελάχη* seu cartilaginea Athe-
naeus ex Aristotele recenset, inter
quos, quis Caprum nostrum retulerit?
Athenaeus eundem cum Capris, cum
ait *καπρίσκος καλεῖται μὲν καὶ μῦς*, esse
censet. *Descriptionem* eius ex Salvia-
no, eamque accuratissimam damus.
Caper, inquit, Molae piscis instar, *ca-
put* utrinque admodum compressum
habet: *Oculos* rotundos, atque in su-
perioris capitis parte locatos: *Os* par-
vum, et valde denticulatum: utraque
enim maxilla octonis dentibus vali-
dissimis, magnis, latis, non ferratis,
sed continuis, atque humanis similli-
mis munita est. *Branchias* utrinque
quaternas non osseo et dearticulato
(reliquorum squammatorum instar)
operculo sed cute contextas, nec la-
ta, sed modica scissura (Molae piscis
more) pervias habet. Nec si Aristot.
dicat: *Habent quibus paucissimae sunt,*
singulas branchias utrinque easque
duplices, ut κάπρος, (sive *Aper*, ut
Theodorus vertit) *aliis binae utrin-*
que sunt, alterae simplices, alterae du-
plexes, ut Congro. Suspiciari debemus
hunc nostrum piscem Congrum non
esse, cum neque etiam verum sit, quod

binae utrinque branchiae Congro sint.
Et propterea mirari potius convenit,
cur haec ita tradiderit Aristoteles.
Utrinque una tantum *pinna* et rotun-
da ad branchias conspicitur: nam illis,
quae in piscibus aliis utrinque in ven-
tre sunt conspicuae, caret prorsus. In
dorso fere medio tres, membrana inter
se juncti reperiuntur *aculei* robustissimi
et magni, quorum prior reliquorum
duorum triplus est, quosque omnes
non solum ubi vult, deprimit, sed in ful-
cum etiam osseum, in dorso ob id scul-
ptum, recondit. Depressi autem et re-
conditi uti quam facillime simul eri-
guntur, ita eorum unus duntaxat eri-
gi nequit. Et pari ratione erecti omnes
deprimi possunt, cum eorum unus ne-
queat; suntque ea arte fabrefacti, ut
cum prior et major quantumvis im-
pulsus deprimi nullo prorsus pacto pos-
sit: postremi tamen depressione, quae
facillima est, statim deprimitur, non
secus quam in arcubalistis vocatis, in
quibus parvo ac inferiori ferreo ve-
te compressus, tensus ilico remittit-
tur arcus: ob cuius similitudinem hic
piscis nosster Romae *Pesce balestra* vo-
catur. Et quod majore dignum est ad-
miratione, si postremus aculeus non
prorsus deprimatur, sicuti prior quo-
que proportione duntaxat deprimi-
tur, sic ibidem etiam ita rursus consi-
stit atque obfirmatur: ut nullo impul-
su ulterius deprimi possit, nisi reiterata
postremi depressione. Hos ternos
aculeos pinna sequitur, ad caudam us-
que deducta. *Osse* autem valido, lato
et recurvo, ex cordis loco ad eam
ventris partem, quae e branchiarum
regione est primum reflexo, deinde
per ventrem sub cute usque fere ad po-
dicem extenso, ibidemque postremo
in acutissimum et conspicuum acu-
leum desinente, tota anterior ven-
tris regio roboratur atque munitur.
Quae vero inter praedictum aculeum
et podicem, ventris portiuncula relin-
quitur, plerisque aliis longe minoribus,
sed satis robustis atque ferratis acu-
leis armatur. A podice per ventrem
reliquum ad caudam usque alia singu-
laris pinna deducitur. *Cauda* quae non
sensim,

TAB.
8.9.
Aldro-
de Pi-
l. 4. c.Plin.
l. 9. c.

fenfum, ut reliquorum piscium, sed repente extenuatur, in unicam et latam pinnam degenerat: *Ventriculum* habet amplum, et crassum: intestina lata et valde reflexa: hepar subalbidum, cui fellis vesica haeret.

Corio tegitur squammoso, cujus tamen squammae serpentis potius quam piscis videntur; nam praeterquam quod eo ordine sunt commissae, ut lineas, cancellatim sese interfecantes constituent, firme etiam et valide adeo haerent, ut desquamari nequeant; unde ita durum et asperum efficitur ejus corium, ut vix disseccari queat. Rondeletius sese expertum esse scribit, ne acutissimo quidem gladio penetrari posse, utque ligna et eborae eo poliri possint. Quam obrem jure Aelianus atque Oppianus marino Muri pellem praeduram tribuere; et Athenaeus Aristotelis testimonio, etsi apud Aristotelem id nunc non legatur, inter pisces qui aspera

cuteteguntur, *καύρον* recensuit. Quod ad *colorem* attinet, ex livido viret, nonnullis parvulis notis caeruleis et rubentibus maculis quam plurimis insigniuntur. Estque totius piscis figura valde compressa, et lata, atque fere orbicularis. Ad multam magnitudinem non excrescit, duas enim libras raro excidit, unde merito Oppianus et Aelianus eum haud magno corpore esse dixerunt. Hactenus ille. Non maris duntaxat, sed et fluviorum accola est, ut Plinius et Aristoteles scripserunt. In amne Acheloo grunnum habet. Vescitur carne, cancris, squillis atque testatis. *Solivagus* est, et raro capitur. Pugnacissimum esse, tum quod pelle praedura tegatur, tum quod dentium robori confidat, Aelianus et Oppianus sub nomine Muri marini prodidere. Carnem habet duram et suavem. Virus namque olet. Athenaeus inter *σκληρότατα* retulit.

Arist. H. A.
l. 4. c. 9.

Plin. H. N.
l. 11. c. 51.

Aelian. H.
A. l. 9. c. 41.

CAPVT VII.

De Sturione.

TAB. XXIII.
8. 9. 10. 11.
Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 9.

Piscis, quem nos Gothico vocabulo Sturionem, quasi *στουριονα*, quod rostro suo prorae rostratae speciem gerat dicimus, is Graecis nostri temporis *ζυγίχι*, quasi Oxyrinchus, Cyprii teste Bellonio *Morona* vocatur. Nec est veterum *Lupus*, quod Poggio Florentino placuit, ut capite quarto hujus tituli inuimus: Nec *Attilus*, ut Franciscus Philelphus voluit, cum Attilus is sit, qui hodie ab accolis Padi, veteri seruatō vocabulo *Attina*, Adilo et Ladino vocatur, piscis ipso Sturione amplior, effigie, sapore, pretio et tota fere natura ab eo dissimilis: Nec, *Turfo* Plinii, quod credidisse Theodorus Gaza creditur, cum hic Carchiae, id est, Caniculae, ut Arcestratus apud Athenaeum comprobatur, species sit, et cum Turfo sive Phocaenae in Ponto catulos pariat, hic oviparus sit, et ubique nascatur. Nec *Hycca* seu *Hysca* ut Hermolaus Barbarus in epistola ad Cortusium prodidit, cum vel ipse Athenaeus, qui solus Hyccae meminit, qui piscis Hyccae sit ignoret, et duntaxat, a Calli-

macho sacrum piscem, a Cyraeneis *Erythrinum*, ab Hermippo Smyrnaeo *Hycam Julidem* vocari scribat.

Nec *Delphinus*, ut Carolus Figulus voluit, quamvis in multis quoad formam conveniant, quod iste omnium veterum autoritate, inter cetos referatur. Niloum tamen Delphinum, de quo apud Solinum leges, quemque Delphino potius similem, quam Delphinum Marcellinus vocat, Sturionem existimare, nihil forte oberit.

Nec *Oxyrinchus*, veterum, cum hic Carnivorus sit, et hamo, ut apud Athenaeum legimus, capiatur. An pro Oxyrincho Caspio Aeliani, haberi debeat, comparatio ostendere poterit. Circassi sane caeterique Moeotidis accolae, Sturionem Oxyrinchum vocant, si Gesnero et Scaligero credimus. *Silurum veterum* esse Salvianus contra Manardum apud Aldrovandum ostendere conatus est, quem prolixissime agentem vide. Aufonii esse nullum dubium, et ita Sturio a Venantio Fortunato

Aelian. H.
A. l. 17. c. 32.

Picta-

Juvenal.
Scalig. 14.
et 15.

Scalig. in
Leët.

Auson. 1. 2.
c. 1.

Galen. de
Alim. facult.
1. 3.

Plin. H. N.
1. 9. c. 17.

Macrob.
Saturn. 1. 2.
c. 12.

Pictaviensi Episcopo, qui duobus post Ausonium seculis vixit, vocatur: Veterum non esse, tum ex eo colligas, quod non tantum teste Juvenale et veteri ejus interprete, sed etiam Antiphane et Theodoro Sinopeni apud Athenaeum, vilis apud eos piscis fuerit; tum quod eum in Garumna non invenias, quod et Scaliger monuit. *Γαλαζίαν* seu *γαλαζίαν* vocari Galeno crederem, nisi eandem in Graeciae mari, in quo Sturiones dantur, nasci negaret. Acipenserem esse, qui ab Elope et Anthia distinguitur, Rondeletius erudite ostendere conatur, quem sequitur Junius: ob stare ejus sententiae videtur, quod rarus inventu, et unus omnium squammis ad os versis contra aquam nando meare, apud Plinium dicatur, et id Nigidius Figulus, referente apud Macrobius Sammonico Sereno, confirmet. Aldrovandus Sturionem Acipenserem Romanis cum recens et in Italia captus esset, vocatum fuisse; Silurum Graeco nomine cum ex peregrinis Graeciae inprimis oris allatus, opinatur. *Descriptionem* ejus Paulus Jovius hanc dedit. *Corpore* est tereti oblongoque, inter rotundos et planos ambigente, ut qui subtus quodammodo planus sit, dorso vero semitondus. *Caput* quadratum est, et ad effigiem parvae pyramidis protensum. *Os* illi est sine maxillis, sine dentibus, diversum penitus ab reliquorum piscium forma, idque sub mento in ipsa prope juguli parte, ad similitudinem fistulae arundinaceae rotundum, semperque patens, et cartilagineum et summe candidum; cujus hiatus in procerioribus hasta brachii haud facile impletur: caeterum totum caput dura potius et callosa cartilagine quam certis ossibus constat, quod ex lento quodam et praepingui mucore concretum esse videtur. *Naribus* omnino, quae illi praetenues sunt supra rostrum, refrigeratur. Sunt autem branchiae utrimque quaternae osseo operimento, non secus quam squammosis piscibus contactae. *Oculos* habet parvos. Ex rostro gemina barba, ut in Mullo dependet. Toto

dorso crassiores quaedam squammae ossea duritie certo numero ordineque distinctae, intercurrente spinnae acie, ad elegantiam eminent, ut in magnificentioribus valvis hodie videmus, quas ferrei atque inaurati clavi certa serie confixi decentissime figurant. Caeterae corporis partes cuticulari et scabro admodum operimento potius quam perpetuis squammis integuntur, idque ad subviridis atrique coloris speciem. *Venter* cute levi et argentea tegitur. *Lingua* habet crassam et duram, *gula* undequaque rugosam. *Pinnae* sunt ad branchias duae et totidem in ventre ad podicem: praeter quas in dorso prope caudam alia unica erigitur, e cujus fere regione imo ventri alia etiam una subnectitur. *Cauda* vero in duas pinnas degenerat, quarum superior crassior atque duplo longior extat. *Ventriculus* est carnosus solidusque atque pertinaciter inhaerescens tergori, ut nisi discissus divelli inde possit. *Oesophagus* in rugas contractus. *Hepar*, in duos lobos oblongos pallidi coloris dividitur, quorum dextro vesica fellis validissime connectitur. *Lien* subruber: *intestina* crassa, et ternis gyris convoluta. Magnis piscibus annumerari debet, cum crebro et plerisque in locis centum librarum, et alibi longe major capiatur. Ego aliquando Ferrariae Sturionem mercatus sum centum et quadraginta librarum, donavique Illustrissimo pariter ac Reverendissimo Ioan. Baptistae Campegio, Episcopo Majoricensi, Domino meo nunquam satis celebrando, qui paucis ante diebus, ut labores meos promoveret, mille aureos donaverat. * Quantum ad *Differentias* refert Bellonius, Ponticorum, Adriaticorum, Gallicorum, et Germanicorum inter se esse differentiam, quae magnitudine, crassitie, cutisque asperitate, et subnigro, subflavo, aut argenteo colore distingui possit: Sequanicum et Ligerinum adultum interdum tres orgyas excedere, Galeum piscem pinnis et forma referentem, exili corpore, hirta fursum pelle, deorsum plana ac levi: apud Ferrarienses, et Bononienses argenteo colore

* *Haftenus*
Jovius.

VIXX
TAB.
1
Aldro
Piscib
c. 10.

colore fulgentem, dorsum, et latera tribus veluti carinis distincta ostendere. Scaliger quoque tria Sturionum genera, in Occa Sarmatiae fluvio tradi scribit, et pretiosissimum illum, qui Bialarybitza vocatur, ponit: sed Herbersteinus Bialarybitzam a Sturionibus distinguit. *Locum* si attendas. In Ponto, et circa Maeotidem paludem frequentissimus est, inde ova in molem coacta, salita, et cadis conclusa, per Turciam et Italiam distrahuntur. Tyrrheno et Adriatico mari si Bellonio fides, raro visitur.

Major tamen in fluminibus, quae non nisi quinque aut sex dierum itinere subintrat, quam Oceano, Tyberim si excipias, in quo parvi capiuntur. In Albi (hunc circa Pentecosten gregatim, auctore Kentmanno ingrediuntur) capti, ducentas interdum libras, singulas sedecim unciarum, appendunt. Captis tempore Johannis Friderici Electoris sexaginta supra ducentas librarum pondere, quem totidem florenis Princeps redemit. In Ligeri quoque et Rheno delicatior. In Tanai, Danubio, Rheno, Tibisco, Vistula, Garumna frequenter capitur. *Cibus* Sturioni non pisces et conchylija, edentulus enim, sed sordes et mucus, quidam sed perperam aëris tranquillitatem ei ad cibum sufficere crediderunt.

Dum escam quaerit, suis more terram sub aquis fodere Isidorus prodidit. Cum branchiis omnino latis careat, naribus refrigeratur, et si quam hauriendo recipit aquam, eandem prono ore statim regerit. De ejusdem *Robore*, ex relatione Kentmanni ita Gesnerus. Sturio in aqua validissimus piscis est: et in terra quoque cum ventri innicitur. Cauda

concussa hominem utcumque robustum prosternit, ubicunque contigerit, perticas etiam magnas et ligna per medium frangit. In terram extractus, lapides aliquando tanta vi cauda ferit, ut ignis exiliat, attritu nimirum ossiculorum, quibus toto corpore mucronatus horret. Quamobrem caute tractandus est a piscatoribus, ne vel crura eis confringat, vel retia disrumpat. Peritiores in aqua captum reti ad ripam impellunt, ita ut rete, non aduersum, sed ad latus ei sit: secus enim rete vel sextuplex laniaret. Cum ripam attingere, caput ejus omni contentione in altum levant, et piscem totum in latus declinant: sic enim robore suo nocere non potest. Videtur cum Salmone amicitiam colere. Ducem enim istorum piscatores vocant. *Zigam* e mari pulsam, per flumina persequitur, sed frustra. Agilis enim hic et velox praevenit. Tanti olim in *cibus* apud Romanos, Trajani tempore, † si † *Macrob. Salmon.* excipias, aestimii, ut cum tibiis, * et coronis in coenis circumferretur, et * *Arche-Gallonii mensa*, teste Horatio, eo famosa fuerit. Mares tamen foeminis praestant, hae ovis plenae probantur. Poggius, Doctoris Poggii filius, caput commendavit. *Caro* duriuscula est, praepinguis, viscosa, et aegre concoquitur. *Hepar* adeo dulce, prodente Alberto, ut nauleam nisi felle tingatur, pariat. Graeci sale inveteratos tribus nominibus insigniunt. *Rachis* ipsis dorsi portio pleura, costae et latera; *hypocelium* alvus cum pube. Caviario, quod ex ovis paratur. Graeci et Turcae vescuntur. Julio II. Pontifici mirifice idem placuit. Paratur et ex Cyprinorum ovis in Judaeorum gratiam. *De usu in Medicina* nil occurrit. Quae enim de Siluro Plinius, huic vix competunt.

CAPVT VIII.

De Galeo Rhodio.

Tab. XXIV.
1.
Aldrov. de
Piscib. l. 4.
c. 10.

De Galeo Rhodio ita scribit Aldrovandus: Rondeletius hunc piscem, cujus modo icon exprimitur, Galeum Rhodium esse eruditissime ostendit, propter maximam ni-

mirum cum Acipensere sive Sturione similitudinem, non solum quoad corporis speciem et partes, verum etiam quoad gustum, et saporem, dempta, inquit, unica differentia,

P

rentia,

rentia, quae non nisi ab iis potest percipi, qui citra ingurgitationem hunc cibum sumperint, quique exquisito gustatu fuerint: ferinum enim quid respicit, quod tamen etiam non nisi paucissimum esse potest: nam Arhestratus, qui in nullis non terrarum Orbis angulis gulae cupidias diligentissime perquisivit, id observasse in eo non videtur, quandoquidem Acipenseris plane eundem esse credebat, ut Athenaeus tradit, qui illius sententiam refellit. Athenaei verba non solum Acipenseris a Galeo Rhodio discrimen indicant, sed verum Galeum Rhodium hic depingi comprobant: Arhestratus, inquit, qui Sardanapali vitam vixit, de Galeo Rhodio scribens, eundem esse opinatur cum eo, qui apud Romanos cum tibiis et coronis in coenis circumferebatur, coronatis etiam iis, qui gestarent, vocantque Acipenserem. At hic quidem Acipenser parvus est, et porrectiore rostro, et figura triangulari magis quam ille. Et paulo post, Arhestratus de Rhodiensi Galeo loquens, amicis patrio more consulens, ait: Galeum in Rhodio quem Vulpem vocant, si tibi vendere noluerint, vel mortis periculo rape. Nominant illum Syracusani *κίνας πλενας*, id est, canem pinguem. Haec ille. Quod si Galeum Rhodium cum Sturione seu Acipensere contuleris, nullum plane comperies, (inquit Rondeletius)

qui ei similior sit eo, quem proponimus: his exceptis quod Sturio est longiore rostro et corporis figura magis triangulari. Nam alioqui Sturionem totius corporis figura, tergi ossibus acutis, et clypeorum modo efformatis, aliis item in lateribus dispositis, pinnis, cauda, ore in supina parte sito, omnino refert. Is quemadmodum Sturiones, relicto mari, amnes subit. Reperitur enim in Pado, et Rhodano, et pro Sturione venditur; nec ab eo distinguitur, nisi ab exercitatissimis et exquisiti gustatus hominibus. Hanc differentiam docuit ipsum Guilielmus Pelicarius Monspeliensis Episcopus, vir singulari doctrina praeditus; tum ex capite crassiore, et rostro brevior, obtusiorque; tum ex gustu Galeum Rhodium sive Vulpem deprehendi. Ferinum quid respicit, quod de Sturione dici non potest, carneque est durior: a quo sapore Galei et Vulpis nomen habet, Galei enim et Vulpes ex Galeorum genere ferini sunt saporis et ingrati. Si tamen in dulci aqua diu nataverit, in cibis haud aspernandus est. A nonnullis eodem Rondeletio teste *Cops* vocatur, eoque nomine designatum atque optime figura expressum ad ipsum Ferraria misit doctissimus medicus Antonius Musa Brasavolus. Alii nominis affinitate decepti *Copso* appellant. Est enim id nomen alterius piscis.

CAPVT IX.

De Cataphracto.

TAB. XXIV.
2.
Schonveld.
Ichtyol.
p. 31.

Pisci huic Schonveldius nomen imposuit, sicque eum descripsit. Est palmorum duorum longitudinis ad summum, Capitis fere triangularis, depressi, angulosi, ac lati pollices vel digitos duos, cujus duo latera tuberculis plerisque horrent in ambitu, anteriora quae os spectant cirrhos multos tenuissimos alunt, posteriora aculeis retrorsum spectantibus minacia sunt. *Rostrum* habet resinum, quatuor apiculis munitum, quorum duo anteriores instar Lunae cornutae vel semicirculi se rotun-

dant, reliqui post hos suis aculeis retro conversis conspicui sunt. *Os* in supina parte semicirculare habet, parvum, ad incisuram ejus utrinque binis, sub mento pluribus tenuibus cirrhis barbatum.


Truncus proxime caput depressior, octagonus est, prope caudam sexagonus, prona parte fuscus, nigris lituris intersparsis, circa ventrem plenum, in cuiusque medio *podex* est, albicat. *Totus squammis* ossibus contactus est, in quarum medio tumor

Epirranus.

Schmelt. Polelein.


Galeus Rhodius.

ein art der Sini.



Gabler.


ad tab. 15.



Anguilla alia.



Meer Taube Meerfisch Kugelfisch.




Meer Taube.

Orbis sphaericus.




Orbis Stellatus Sphaericus.



Schnalffisch.





Orbis annularius piscis.



Orbis annularius piscis.

Schmalz.






Huso seu. Antaceus stellaris.




Alis Huso. Hausen. ander art.




Antaceus Rond. Ein ander art Hausen. Rond.




Orbis Scutatus Rondel. Schnottloff.




Ostracion prior Albr. Schalfisch.




Ostracion alter Albr.



Holostein Bell. Ostracion Nil.



Ostracion America.



tumor durus, reduncus, erigitur, qui in omnibus continuatus corpus angulatum efficit, quod versus caudam valde gracilefcit. *Pinnas* circa branchias habet latiusculas duas, sub ventre totidem, sed longe minores, binis fibris constantes. In *dorso* inter squammarum extantias concavo, duas contiguas, parvas, omnes nigris lituris pictas. *Cauda* in pinnam subnigram exiguam et rotundam desinit.

Dentes nullos habet, sed horum loco labia aspera, et in faucibus officula aliorum in morem hirta. Frequenter circa Nortslandiam insulam Oceani Slesvicensi Ducatui subiectam frequenter et per totum annum, in ostio Albis et Ederae saepe capitur. Incolae Steinbicker, Muller, et Bursbul vocant.

Videtur squillis et aliis pisciculis. Habetur ob carnis dulcedinem in deliciis.

TITVLVS II.

DE LAEVIBVS.

CAPVT I.

De Husone.

TAB. XXV.

1.
Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 11.

HACTENVS de πύδαμο θαλασσιος piscibus squammosis egimus, sequuntur non squammati seu *Laeves Huso* nempe, *Eperlanus*, *Lampetra*, *Anguilla*, *Orbis* et *Holosteus Bellonii*, *Husonem*, quem a domo quasi Hauso, Germanis dicit Bellonius opinatur. Plinius forte *Marionem*, quem Danubio Porculo marino similem extrahi dicit, vocat; quidam *Esocem*, appellarunt. Aeliano ni fallor est Antaceus, Germanicus. Magnitudinis est viginti quatuor pedum, et tantae, vt vix biga a tribus vel quatuor equis trahi possit. Vadianus magnitudinis pondus quadringentorum minimos quinquaginta, frequenter centum, ducenta, trecenta, vidit.

Dorsum habet asperum. Nullum os in capite, si Alberto fides, si aliis multa, in corpore parva et pauca, cartilaginea potius, quam solida. Loco *spinnae dorsis* cartilago est, quae foramen habet magnum et vacuum, a capite ad caudam tanquam terebello perforatum. Adipem pinguedini immixtum sicut porcus. Similia de suo Antacaeo Aelianus. Cum aetate procefferunt, ad maximi Thunni magnitudinem, in Istro accedere scribit, et tam pingui abdomine esse, ut eorum ventrem lactentis suos foe-

tus scrophae ubera dicas, sicque aspero corio tegi, ut eo perpoliantur haltae. Addit item capitis medio a medulla ad caudam mollem et strictam membranam pertinere, ex qua ad assem solem exsiccata, flagella ad concitanda iumenta efficere possis. E Ponto Danubium subit, et per centum quinquaginta milliaria Germanica, adversis suavibusque undis progreditur.

De ejus captura, ita quidam ad Gesnerum mercator. Mitto tibi, inquit, Husonis piscis effigiem vivam. Is in Danubio, nec ubique, nec tempore quovis, capitur, sed quando migrat. Terra argillosa et pingui gaudet. *Capitur* fere ab autumno usque ad Ianuariam, spatium decem milliarium inter Viennam et Posonium, Presburgum vulgo vocant: ubi ad insulam Schutam nomine, cum arce minutissima, ultimus hujus piscis capturae locus est.

Viennae die Veneris plerumque quinquaginta vel septuaginta, et aliquando centum Husones, vaeniunt, qui integri fere distrahuntur. Copiosissima eorum captura fit in Walachia juxta Chiliam non procul ab ostiis Danubii, quibus in mare Ponticum se exonerat. Inde falsi exportantur in remotas regiones.

P 2

Vadia-

Aelian. H.
A. lib. 14.
c. 26.

Vadianus mensibus Octobri et Decembri captos Viennae in vehi scribit. Timidius est, et a minimo etiam pisciculo in fugam vertitur. Sturio le ei per lulum affricare solet, in latebras profugum eicit, et ventrem lancinat, dumque unus fugit, alter persequitur, aquarum agitatione se produnt, et capiuntur. Captus lacte vel vino potatur, quoad diutius vivat, nec citius inebriatur, quam sextarios quatuor ebiberit.

Gregatim natant, et tubarum can-

tum sequuntur, ad eum postquam accessere, irretiuntur. In aqua tanto robore pollent, ut piscatorem cauda ictum e navi dejiciant, delato ex aqua capite, mortuis similes apparent. De Antacaeorum captura, vide Aelianum.

Quantum ad usum in cibis, vitulinae in dorso, porcinae in ventre saporem habet, magna pars salsamentis cedit, lactibus nihil dicunt delicatius, sed et ova in cibum expentur.

CAPVT II.

De Eperlano.

TAB. XXIV.

3.

Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 12.

In fluviorum in Oceanum, (verba sunt Aldrovandi) influentium ostiis, ut Rhotomagi et Antwerpiae frequens est piscis, teste Rondeletio qui *Eperlan* (quam vocem vulgarem secutus Eperlanum ceu latinum nomen fecit) dicitur, a nitido et splendido (inquit) colore, quo unionem (perlam) refert.

Caeterum si a perla ipsi nomen est, verendum est appellari een peerl; nam Eperlan Belgicum vocabulum non est: et Bellonius Epelanum nuncupat. Ait tamen etiam, Atherinae modo transparenere. Hic Anglis *Schmelt* vocari scribit ab odore (violam enim gratissime redolet, quam obrem quidam *violam* vocari posse censent, argumento quod Aelianus ab odore thymi Thymallum piscem nominavit,) vel a pinguedine. Gernerus priorem etymologiam probat, quoniam Smelle Anglis sit odorari.

Smel tamen apud Belgas est, liquefcit, et proprie de pinguedine dicitur, a quibus Angli forte nomen mutuaverint. Uterque duo ejus genera esse scribit, *marinum* unum, *fluviale* alterum. Sed Rondeletius marinum litorale esse, Bellonius saxatile dicit.

Rursus Rondeletius Eperlanum in marinum et fluviale distinguit, figura corporis nihil vel parum differre innuit, ideoque unicam iconem exhibuit. Bellonius contra duas, admodum diversas; quare su-

spicari licet fluviale Rondeletii a marino non differre. Bellonius marinum item, partim marina, partim fluviali aqua gaudere tradit, et Rondeletius quoque ex mari ad fluvios ascendere insinuat, dum in Sequanae ostiis optimum esse scribit, et in Angliae fluviiis.

Apud Neustricos Caudebeccanos, Angliae populos, uberrimus est, major tamen proventus circa vindemias, quo tempore est delicatissimus. Tereti ac tenui est corporis compage, nonnunquam dimidium pedem aequante. Rondeletius ad pedis magnitudinem aliquando accedere innuit.

Afinos parvos refert, unde eorum genere esse judicarunt, quos refellit Bellonius, propterea quod glabro sit corpore. *Oris* hiatu satis magno est.

Dentes habet in maxillis, et in lingua. Truttam praeter caetera dentibus refert. *Lingua*, ut ait Bellonius quasi gemina, hoc est, (inquit) in cujus radice posterior quaedam appareat, in qua multo plures dentes sunt, quam in anteriore. *Pinnae* habet easdem, quas Salmonum genus, maxime posteriorem illam dorsi pinnam subrotundam et pinguem. Prior totum piscem in aequales fere partes dividit. *Cauda* bifurca est. *Branchia* sunt utrimque quaternae, de colores, et *violam olentes*.

Trans-

TAB
Alid
Pisci
Plin
l. 9.Plin
l. 9.
Plin
l. 9.

Transparenti est corpore, demptalinea nigra, quae spinae internae parti inhaeret. *Calculos* habet in capite rotundos, albos, quosque facile forinsecus propter piscis transparentiam per cranium videri posse Bellonius tradit (qui diligentissime de internis Eperlani partibus egit) sub posteriori cerebri parte sitos, ubi medulla in cerebro definit. *Cor* branchiis semicircularibus et fimbriatis est admodum vicinum ac scutiforme: definit quoque in angulos, rubrumque est, cui molles ac sanguineae sunt carunculae, quae huic tanquam aures in terretribus famulantur. Illae enim moventur cum corde, quod septo ab hepate dirimitur: unius tantum lobi, in longum demissi ad secundum latus. *Stomachum* desinentem in mucronem habet in V. literam efformatum: *Lienem* admodum rubrum, seminis Atriplicis in modum latum.

Cumque stomachi dextrum latus sursum usque ad hepar reflectit, illic paniculo intercipitur: ubi *apophyses* duas latas emittit, quae veluti secundum ventrem constituuntur. Aliud post hunc subsequitur, quod nec pylorum nec jejunum, neque ileon commode nominare possis; si quidem sine anfractibus recta ad anum procedit. Sed rectum geniculo intercipitur, estque ruberrimum. *Mesenterio* nullam admixtam pinguedinem habet, quo stomachus et intestina obsidentur, ut nihil aliud in ventre, quam adipem esse dixeris.

Caridibus, culicibus, Aphyis, oestro, lendibus, millepedibus, pediculis et eiusmodi dejectamentis *vescitur*. Carne est molli et friabili. Aestatis fine vel autumnii initio *capitur*.

CAPVT III.

De Lampetra.

Tab. XXIV. Lampetra, non tam a lambendis petris, quam ab *Alabeta* Plinii. Nilidis lacus piscis, qui *αλαβης*, quod manu propter lubricitatem capi non possit, dicitur, vocatur. Doctiores Plinii et Aulonii Mustelam esse opinantur, nec tamen vel ex *marinis Aeliani*, quas jecorino simillimas esse pupillis oculorum ad cyaneum colorem accedentibus, mento quam jecorini majore, quam Chremetis minore, algas depascere, saxatiles esse, et omnium cadaverum, in quae incurrit oculos conficere, idem author scribit; vel ex *Mustelis*, qui Aristoteli caeterisque *ψαλλεοι*, qui flumina nunquam subeunt, et vivipari sunt, esse iudico. Sed nec ex *Muraenarum* genere esse credo, quamvis Dorioni apud Athenaeum Muraena fluviatilis haud inepte dicatur, quod illae Branchiis integris careant, quas Lampetrae velut cartilaginem obtinent.

Plin. H. N. 1.9. c. 20. *Lumbricum marinum* Plinii non esse, exinde quod pinnis omnino careant, colliges. At ex *Vermibus aquaticis* ejusdem esse, quos in Gan-

ge Indiae Staius Sebofus, haud immodico miraculo attulit, branchiis binis, sexaginta cubitorum, caeruleos, qui nomen a facie traxerunt, eis que tantas vires, ut elephantos ad potum venientes, mordicus comprehensa manu eorum distrahant, Rondeletius credidit.

Idem ex *βδελιας* seu Hirudinibus Strabonis, quas in quodam Lybiae fluvio septenum cubitorum perforatis branchiis, ita ut respirare possent, nasci scribit, quod sanguisugarum instar saxis et navium clavibus haereant, opinatur. *Tineas fontanas*, de quibus apud Plinium, quod Hermalao placet, non esse, certum, quia illae ex insectis. *Flutam seu Plotam* quod quoque Rondeletio visum, dici posse, quod nisi in summa aqua natet, ut aërem attrahat, facile suffocetur, concedimus. An *Anguilla copaea* sit, cujus Archestratus apud Athenaeum meminit, dubito.

Quamvis enim sit exossis seu *απόσσηνος*, quod Anguillae vulgari non competit: in eo tamen quod Anguillas

guillas Copaidas Agatharchides prodigiosae magnitudinis esse scribit, diversa a Lampetra esse videtur. Echeneida Oppiani esse, Rondeletius censuit, nec abhorret ab ea Echeneidis descriptio, quam apud Oppianum vide. Bellonius quoque nautis praecipue infestam esse ait, temonibus triduum fere inhaerendo, caudamque in contrarium vertendo, recensque picatae navis lateribus picem lambendo sic infigi, ut nautas ab itinere remoretur.

De *Generibus* ut dicam, non unum Lampetrae genus est. Sunt quae e mari flumina subeunt, sunt quae a falsis aquis omnino abstinent.

Marinarum triplex genus est, majus, medium Germanis et Belgis Priek dictum, et minus a Salviano depictum, qui, licet aetatis ratione tantum differre quispiam suspicari possit, quoniam colore tantum et magnitudine a majori differt, differre tamen, et specie ostendit, cum majores semper et maculosae et bicubitales; minores contra sine maculis et pedales tantum reperiantur: Priek vero cubitalem magnitudinem haud superet, transversalibusque et nigricantibus lineis solum insigniatur.

Rursus ipsi majores haud ubique aequae magni. Testatur enim Jovius in Arno et Tyberi ad generosum habitum adolescere: in omnibus autem Galliae Cisalpiniae rivulis, ipsisque praesertim Ticini atque Adduae emissariis multas reperiri pretiosas admodum, quanquam minimi digiti crassitudinem minime superent.

Et Platina in Cisalpina (Gallia) parvas, in Hetruria mediocres, Romae ex Tyberi permagnas capi tradit; nisi dicamus, haud recte ab his scriptoribus isthaec observata esse. Omnibus sive marinae sint sive fluviatiles, commune est, Ceteorum more *sistulam in cervice habere*, per quam cum navibus aut saxis haerent, aquam ad branchias attrahunt. *Spina* item omnibus cartilaginea a capite ad caudam usque de-

ducta, chordam Galli vocant, quae vere tenerior, aetate durior, et insuavior.

Branchiarum numero, figura et ordine conveniunt, *ora* item et *pinnis* et totius corporis figura. Muraenis valde similes sunt, si caput excipias. Os enim neque in longum neque in latum scissum est, sed excavatum velut in hirudinibus, quas sanguifugas vocant. Gesnerus ab eo loculorum instar, qui ad servandos nummos loro contracti clauduntur, constructo lignum aut lapidem ita apprehendere ait, ut fugere videatur, idque tanta vi, ut aegre avellatur, cucurbitularum medicinalium similitudine. Marginem item oris rotundum fibris quibusdam lacinosum esse, quae nimirum ut firmiter haereat, fugatque efficiunt. In cavo illo sparsi sunt *dentes*, plurimi flavi, acuti, hamati, quorum interiores majores esse idem Gesnerus observavit, eosque circiter viginti ordinibus distinguere; et tanquam a centro ad circumferentiam digeri, ordinibusque singulis quaternos, quinos, senosve inesse. Esse et in ipso oris recessu duplicem *dentium* minorum ordinem, quorum major, inquit, omnino feram denticulis utrimque denis refert, eos denticulos continuos esse, caeteros cutim habere interjectam. In ejusdem cavi imo teste Rondeletio particula est contraria occursum foramen interius occludens. *Cor* habent sub branchiis et foraminibus reconditum, cartilaginea membrana, spongiosa ac praetumida inclusum, subrotundum, ciceris crassitie: *hepar* oblongum, caeruleum, unius tantum lobi. *Felle* carent. *Intestinum* omnibus unicum, rectum, minime complicatum; reliquum corporis in foeminae matrix ovis referta occupat. Pinnis lateribus carent; nullasque ad natandum habent, sed flexuoso corporis impulsu aguntur, et *pinnulis* membranaceis iter dirigunt, quarum una fere supra caudae extremum erigitur, altera paulo superior est. Laevi cute teguntur, quae in majore nigricat prone, supine candicat, ad

ad latera, et in dorso subluteis ac nigricantibus maculis conspergitur, quibus minor caret. Genueris majori maculam ait esse albicantem in vertice, in medio oculorum interstitio; et contiguum ei anterius foramen parvum membrana parum prominente circumdatum. *Pricka* cum majori colore convenit, sed pro maculis quales diximus, transversales habet lineas. Omnes utroque gutturis latere *septem foramina* habent, quibus aquam acceptam reddunt. *Platina linguam* Lampetris tribuit, Rondeletius habere negat. *Salvianus* et *Bellonius* non meminierunt. *Oculos* rotundos et profundos habent. In majori caeruleam pupillam aureus circumambit circulus.

De *Lampetrarum migratione* et hoc habe, Veris initio migrare, et circa Donati diem, qui est decimus septimus Februarii, nullas amplius apparere, sed aut recedere, aut corpore reliquo tabescente, licet capitis moles relinquatur, interire.

Initio Maji optimas, ab eo tempore irrequieto motu emaciari, et plerasque ante partum mori, patientium sobolem evanescere, nec unquam circa Argentinam apparere; adultas, quae non pereunt, cum fluvio aqua secunda, Majo mense auferri, Argentinensium piscatorum relatio est. In mari et fluminibus parvas *parere*, eoque tempore, quo in fluminibus capiuntur, in mari etiam capi, reliquisque anni temporibus vel in abditis locis latere, vel a littoribus in altum pelagus longe secedere; majores in fluminibus rariores esse, *Salvianus* author est. *Vescuntur* aqua et mulco. Quidam esca quadam composita in fontibus et aquis dulcibus eas nutriunt, et servant. Spumarum indicis comperiri solent: captaeque perpetuo in aqua immergi, cum qua ex longinquis partibus in urbes deferuntur.

Vsum in Cibis quod spectat, *Albertus* dulcem et insalubrem vino-

que condiendum, *Alexander Benedictus* optimi succi, facit. *Salernitani* crassum et viscosum, minus tamen Anguilla, et quia veneni aliquid habent, in vino submergendas donec moriantur, posuere. Romae olim proximam a *Scaris*, quibus principatus debebatur, habuere mensam. *Scribit Platina Romae aulae fortassis offensus*, bene a natura factum esse, quod Romae ex Tyberi permagna capiantur, et delicatissimae, quoniam vallatae ibi gulae inter se auctis pretiis certant. *Emi* (inquit) frequenter Lampetras quinque sex, septem aureis, et olim a laticlavio viginti, cum alter secum auctionaretur, emptam scimus: nec passa est ingenua gula tantam audaciam gratuitam esse. Dispensatori enim, quod sui ipsius arrogantiam et fastum (nolo dicere stultitiam) imitatus esset, centum aureos dono dedit, ne secundo ad certamen singulare provocatus, timidus ac infractus animo succumberet.

Caeterum non quovis anni tempore, nec quovis loco tanti fiunt. *Scribit enim Jovius Romanis*, id est, Tyberinis praecipuam nobilitatem a magnitudine et sapore esse, adeo ut denis saepe aureis veniant, ipso praesertim vere, et recte quidem, quoniam incipiente aestate, spinalis medulla iis nervi instar durior efficitur; et marinae, hoc est, quae in mari capiuntur, aridae semper ac velut agrestes judicantur. *Jovius* deliciose condimento, multo majorem quam ab ipsis pulpis nobilitatem accipere scribit. *Necari* enim solere in vino Cretico, eique myristica nucis os claudi, et foramina illa (branchiarum utrinque septem) totidem caryophyllis adimpleri in reganoque convolutam in spiras, additis avellanis tritis, medulla panis, oleo, vino Cretico, aromatibusque ad temperatiores prunas certis momentis sedulo excoqui, quo condimento, inquit *Leo X.* in minori fortuna, joci causa, ut convivium exhilararet, Marianum cucullatum, salsum, et ridiculum hominem decepit.

Namque

Namque funem instar Lampetrae incoctum, multoque illo jurulento immersum, grandi in patina apposuit, ut notam omnibus ejus edacitatem, gulamque eluderet: qui jam magna pultarii parte absumpta pseudolam petram aggressus, diu multumque cum ea maxillis ac dentibus

inhaerente colluctatus, cachinnum cunctis tollentibus, facetissime respondit: utinam sic mihi saepius illudatis. Nam in hoc condimento non modo funes, sed et ipsas catenas (quibus infani vobis similes vincuntur) et cum voluptate quidem absumerem.

CAPVT IV.

De Anguilla.

TAB. XXIV.
7. 8.

Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 14.

Quem piscem Latini Anguillam ab anguis similitudine dicunt, illa Graecis veteribus *εγγελλος*, *από της ιλός*, quod commoto coeno felicius capiatur, modernis *αγγελλο*, vocatur. Lacedaemoniis *ληκυλάτος* dictas, apud Helychium legimus. Est ex piscibus *καταδρόμοις*, qui in aquis dulcibus geniti, ad mare descendunt.

Duo ipsarum sunt genera, Majus et Minus. Illi caput brevius, crassius et latius, color fuscus: in profundo degit, et aqua deficiente sese in limo, ut inde effodiatur, occultat. Ad mare nunquam descendere, sed semper in vallibus degere, quidam affirmant. Mares Rondeletius vocat. Huic, quod Anguilla simpliciter dicitur, caput longius et acutius, et in mare descendit. Laeves sunt in uniuersum et lubricae, ut manu teneri non possint, si inclusae tenentur, quacunque caudam exerere possunt, eadem totae evadunt. Aristoteles eis quaternas utrinque *branchias*, sed simplices tribuit.

Alias quoque branchias pauciores minusque continentis habere scripsit. Athenaeus vero ex Theophrasto exiguas. Cuticulae quae hae teguntur, Parvula inest *rima*, quae causa est, quod in turbidis aquis facile strangulentur, et in aëre diutius vivant. Teste eodem Aristotele *gulam* quae paucis piscibus contigit, habent, licet exiguam, ventreque sunt exiguo. *Fel* jecori haeret. Hoc magnum est, illud aqueum. *Pingue* inest paucis, plurimae eo carent. Hippocrates tamen pinguedinem habere scribit, eandemque naturae ho-

minis inimicam: caeterum haec pinguedo a carne separata non est: quare alias dicebat Philopophus: seorium enim a carne non pinguescunt: unde parvum eis in omento seivum esse solet. *Tergus* earum quam Muraenis crassius teste Plinio: cujus locum de pinnis hujus piscis, ubi lumbricis pro lubricis legebatur, restitui in Lampetra ex Aristotele, qui longorum vel laevium alios ut Anguillam et Congrum binas pinnas, alios ut Muraenam nullas habere scribit. Has juxta branchias haerere idem asserit, supinisque pinnis carere. A medio dorso et ab excrementi meatu veluti limbus cutis potius, quam pinnarum substantia superiores corporis partes ambit.

Ventriculus et intestina in longum protenduntur. Color omnibus haud idem. Variat enim aquarum, in quibus degunt, ratione. Quae *puram et defluentem* incolunt, ventre (inquit Salvianus) sunt candido, dorsoque cinereo sive subcaeruleo: quae vero in impura et stagnante commorantur, ventre subalbo, dorso vero subviridi vel subnigro apparent: Os habent satis apertum, dentibus, parvis, acutis munitum, multiplici ordine. *Magnitudo* quoque non ubique eadem. Plinio atque Solino testibus in Gange ad tricenos pedes augentur: et Athenaei Paulaniaeque testimonio Copaidae, item Strymoniae eximiae magnitudinis esse dicuntur. Archesstratus Copaidas apyrenos quasi spinas et ossibus carentes vocat: Gesnerus et Dalechampius Lampetras intelligi volunt; quoniam hae pro spinis cartilaginem

Arist. H. A.
l. 1. c. 5.

Plin. H. N.
l. 9. c. 3.
Athen. Di-
pno. l. 7.

Scalig.
Arist.
l. 6. c.

ginem habent. *Magnas* vel ad brachii crassitudinem capi audio in aqua mortua (ut appellant) Galliae Narbonensis. In Italia ad viginti libras aliquando accrescunt; sed quae superant, nunquam inventae sunt.

Locum, si spectes Marinarum quoque Diphilus et Epicharmus apud Athenaeum meminere, non quod ibi nascantur, cum paucae et nondum adultae nunquam, magnae et adultae raro ibi reperiantur; sed quod, ut Plinius, Aristoteles et Oppianus firman, maria ex fluminibus subeant. In nullo amnium qui Danubium influunt, reperiri; in omnibus, qui Rhenum, licet ex uno aliquando cum illis fonte scaturiant, Naucerus et Albertus prodidere. Frigiditas Danubii forte in causa, cujus aquae ante fauces Alpium ab Occidente in Orientem fluunt; major pars ex Alpibus descendit, et a parte Aquilonari, ante Alpes delabitur. Copaidum, quae ἀπύρηναι, σπυρίδας, Pollux et Aristophanes commendant. Prodigiosae eadem interdum magnitudinis a Baeotiis hostiarum more coronabantur, aspersaque mola, cum precibus Diis immolabantur. Regiae, quas Lethus circa Berenicem fluvius sibi vendicat, sesquialterae ad illas, quae ex Macedonia et Copaide lacu habentur. Suus iis et qui in freto Rhegii, et in Maeandro fluvio capiuntur honos. Strymoniae quoque, Elori amnis, et qui ad Euclea fluvium, in pretio fuere. Pars Britanniae Anguillarum terra a copia, quamvis ibi non degant, dicitur. Ad aquas mortuas brachii crassitudinem aequant. In stagno Monspeliensi Latera dicto, trium vel quatuor cubitorum sunt longitudine. Ex Tarni fluvio, qui non solum auget, sed efficit Garumnam, qua parte in eum erumpit, tanta copia defertur, ut una die XVIII. in nassis inventa sint. In Mintio amne quandoque mille glomeratae capiuntur, ut apud Cardanum extat. Male ergo ἐν ταῖς διαμερίσσις λίμναις, in stagnis proma-

nantibus, ut Scaliger vertit, reperiri negat Aristoteles.

De ortu dissentiunt. Authores. Plin. H. N. l. 9. c. 61. Arist. H. A. l. 6. c. 15. edit. Scalig.

Secundum Aristotelem, in disiectis neutrum sexum, nec vel ova vel semen deprehendas; in temporibus siccis, sed post imbres, idque ex iis, quae vocantur ὄψις ἐντέρα τῆς γῆς, quae sunt in coeno et putredine; maritimis quidem locis, quae algam producant; in stagnis vero et fluviis prope ripas, quia temporis sive calor istuc putredinem gignit. Plinio Athenaeus et Oppianus ex veteribus, ex recentioribus Rondeletius adspulantur. Illi complexas coire, et strigmentitium, quid emittere, ex quo cum in limo fuerit, ἐν τῷ βορέβρω ἢ τῇ ἰλοι γενόμενης σήψεως, animal generetur, prodiderunt. Hic inferiore ventris parte vulvam in foeminis, semen in maribus esse, multa pinguedine perfusas non apparere, corporum complexu coeuntes a se visas scribit. Utrouque id fieri posse modo credo. Nam et Berniciae in Scotico Oceano ex verme nascuntur, post ova excludunt. Eadem et Rondeletii sententia. Addit enim, cum equus mortuus in stagnum Megaloniae injectus fuisset, innumerabiles paulo post ibidem visas Anguillas. *Nutrimentum* ipsarum sunt, radices herbae et cuncta quae in limo offendunt, visae, ranis, vermibus et piscium partibus vesci. Paxamus hircudines, Homerus cadavera, quidam se ipsas invicem, Plinius edulia si quae apponuntur, devorare, testantur. Purissimam tamen aquam impensius amant, ideo in quadam Britanniae parte, ut Albertus ex Beda refert, in ortu Cosmico Plejadum hoc est XVII. Calendar. Junii, quod tunc propter ventos, qui initio veris e terra erumpant oppositos aqua nunquam luto turbetur, ingens ipsorum copia; et a turbida abhorrent adeo, ut Athenaeo teste, cum ventis turbatur suffocari, et qui-

Q

Athen. Di-
pno. l. 7.Arist. H. A.
l. 6. c. 14.Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. 14.Athen. Di-
pno. l. 7.Scalig. ad
Arist. H. A.
l. 6. c. 15.Athen. Di-
pno. l. 7.Oppian.
Halicut. l. 1.
v. 156.Aristot. H.
A. l. 8. c. 2.

Arist. H. A. quidem propter exiguas branchias, rigentium panem capiant; quod et
l. 8. c. 2. soleant. In exiguis aquis mori di-
Plin. H. N. xit Aristoteles, hyemem male fer-
l. 9. c. 21. re; Plinius.

De reliqua ipsarum natura haec
 habe. Noctu palci, interdiu limo
 quiescere, ideo separatim ab aliis
 degere piscibus; exanimes piscium
 more non superfluitare, ut apud
 Plinium legimus, quod ventre sint
 exiguo, pingue paucis insit, pluri-

Arist. H. A. mae eo careant, ut Aristoteles tra-
l. c. didit, aqua tranquilla efflare, id bul-
 larum indicio colligi eodem genere
 motus, quo serpentes in terra, id est
 celerrime, moveri, ita ut dum Pha-
 lacrocorax integras devoravit, mox
 per intestina delabantur, idque vel
 novies aliquando fiat, in sinu de-
 tentas, hominem aliquando ita cir-
 cumplecti, ut nonnunquam suffo-
 cent. Annis septem vel octo, quod

Athen. Di- branchias pauciores minusque con-
pnos. l. 7. tinentes habeant, et paucum hu-
 morem admittant, vivere; extra
 aquam ad quintum, sextumve diem
Arist. H. N. si loco umbroso, et frigido; (si a
l. 8. c. 2. sole tangantur in terra brevi mo-
Plin. H. N. riuntur) reponantur, a motu non
l. 9. c. 21. impediuntur, et ventus septentrio-
 nalis aspiret; excoriatas et in par-
 tes sectas fat diu. Tonitrua denique
 adeo timere, ut de fundo ad su-
 perficiem enatent, frigoris adeo im-
 patientes esse, ut cum Anno MCXXV.
 omnia gelu et glacie rigerent, in
 terram proroperent, et intra foeni
 eumulos se abderent.

Disciplinae non omnino exper-
Plin. H. N. tes esse videntur. In Jovis Lebra-
l. 32. c. 2. dii namque fonte Anguillas e manu
 vesci et in aures additas, a veteribus
 proditum Plinius refert; et in Are-
 thusa Chalcidensi, Anguillae et Mu-
 giles mansueti in aures tum argen-
 teis ornati accipiunt a largientibus ci-
 bos, a sacerdotibus viscera et caseos,
 ut Athenaeus scribit, et Aelianus,
 item Plutarchus, qui sacras haec
 Anguillas vocari ait. Nymphodo-
 rus denique in Eloro amne tradit Lu-
 pos esse, et Anguillas magnas adeo
 mansuetas, ut e manibus etiam por-

Aelian. H. His noxis infringendis, veteres
A. l. 14. c. 8. betae involutam, ut vitiositate sua
 humidum detergeret, comedebant.
 Salernitani vinum forte hoc est gene-
 rosum et crassum, quale est rubeum,
 praescribunt, nam si tenue bibere-
 tur, Chylus in venas ante perfectam
 coctionem abiret et in corpus raptus
 Cachexiam excitaret; idem acci-
 dit, nisi pedetentim, et parum ve-
 lut pitissando hauseris.

quantum ad usum in cibis, de-
 licatissimas olim fuisse certum est.
 Maenander inter paucas sumptuo-
 sissimi convivii, quae talento fe-
 re constarent, cupedias enumerat.
 Phitetarus miseris divites, qui par-
 ce viverent, et Anguillas non ede-
 rent, dicebat. Alii coenarum He-
 lenam, voluptatis reginam, prae Diis
 honorandam, etc. dicebant. Sy-

Athen. D. baritae, iis, qui eas piscarentur aut
pnos. l. 12. venderent, immunitatem, teste Athe-
 naeo, decreverant. Hiccius de-
 nique succi bonitate caeteris prae-
 cellere, stomachoque gratas esse
 reliquit. At medicis quamvis car-
 nem mollem habeant, succo tam-
 en lento et pituitoso abundant;

inflammationem pulmonis, quod
 pinguedine hominis naturae maxi-
 me insensa oblinantur, inferunt;
 superflua humiditate, quam parti-
 bus alluunt, turbidam et sonoram
 vocem reddunt; et secundum quos-
 dam, nescio quid, quod nisi exima-
 tur, in periculum vitae conjiciat, ha-
 bent, ideo forte caput, cauda, et
 a quibusdam oblonga, quae nigri-
 cans per dorsum fertur vena, ab-
 scinduntur. Platina ubi praepara-
 tionem Anguillarum eximiam de-
 dit, subjungit acutissime, sic para-
 tas hostibus apponendas, quod nihil
 boni in se habeant.

His noxis infringendis, veteres
 betae involutam, ut vitiositate sua
 humidum detergeret, comedebant.
 Salernitani vinum forte hoc est gene-
 rosum et crassum, quale est rubeum,
 praescribunt, nam si tenue bibere-
 tur, Chylus in venas ante perfectam
 coctionem abiret et in corpus raptus
 Cachexiam excitaret; idem acci-
 dit, nisi pedetentim, et parum ve-
 lut pitissando hauseris.

De

De

Hippocrat.
lib. 2. de
Dieta.
Galen. de
Alim. l. 3.

TAB
 9. 15
 Plin
 l. 32.
 Ald
 de F
 l. 4.

De Usu in Medicina tantum observavi apud Authores, *Pinguedinem* in elixatione supernatantem unguentum ad plagas ingredi, de tosta destillatam, aurium et nervorum doloribus mederi; glabro capiti illitam capillos restituere; cum pinguedine anferis, succo rutae, absynthii, hederæ terrestres, et Cynoglossi subactam, ad vulnera praestantissimam esse: Fumum ex salitarum cute exceptum; tormina ventris ex dyfenteria sopire; in vino putrefactam vini taedium parere. Evisceratam, tusam, et in olla vitrea coctam, cum pinguedine ac liquore, qui in fundo vasis remanet, haemorrhoidum cruciatus egregie lenire. Cingari Anguillas Equis per anum inferunt, ut obesiores, et agiliores videantur, Hippiatri quidam

equo asthmatico Anguillam vivam ori inferunt, ut per intestina elabatur. Alii et parvam imponi jubent purgationis causa. Nec propterea mortis periculum esse ajunt: quin Gesnerus asserit, nautam sibi notissimum vivam integram deglutiisse, integram per alvum, vivam reddidisse. Idem author est aliquos aureum et cholobaphicum colorem ex felle Anguillarum, aliorumve piscium vel boum parare: miscere autem aceti modicum et cum creta subigere in massam. Praetextatos earundem tergore verberari solitos Verrius teste Plinio tradit, et ob id multam his negat institutam. Praetextatos appellans impubes, eos nempe qui frugem aratro quaesitam nocte furtim secuissent, aut depopulati essent.

Plin. H. N. l. 9. c. 23.

CAPVT V.

De Orbe.

TAB. XXIV.
9. 10. 11. 12.
Plin. H. N. l. 32. c. 11.
Aldrovand. de Piscibus l. 4. c. 15.

Hujus piscis solus meminit Plinius. Durissimum esse piscem, inquit, constat, qui Orbis vocetur: rotundus est, et sine squammis, totusque capite constat. Gesnerus Apuleji, *Cranium* esse opinatur, quod ad cranii formam magnitudine, rotunditate, et dentibus humanorum similibus accedat.

Tria ipsius genera descripsit Rondeletius, quartum addit Aldrovandus. *Primus*, qui Orbis simpliciter figura, si caudam demas, sphaericus est. Squammis prorsus caret, cuteque tegitur admodum dura; quam asperam efficiunt aculei duri, quibus tota confersa est. *Rostro* caret: *Capitisque* nullum apparet vestigium, quin (ut Plinius ait) totus capite (malim ventre) constare apparet. *Os* habet parvum, dentes vero magnos et latos, utrinque binos. *Supra os* duo exigua sunt foramina, *olfactus*, *auditivae instrumenta*: *Oculi* mediocres. *Circa corpus* medium unica est et semicircularis utrinque *branchiarum* scissura; prope quam etiam utrinque unam haud magnam, sed rotundam pinnam habere Salvianus ait, et in icone exprimit. Rondeletius unicam es-

se ait, ut in Caprisco. Hic et in summo dorso pinnulam pingit, qua Bellonii icon et Salviani quoque caret, et ipse in descriptione non meminit. Eam tamen etiam videre est in icone ad sceleton efficta a Gesnero, quae hic exhibetur. Posterior corporis pars in *caudam* brevem et rotundam, inque latam et fere lunatam pinnam desinentem degenerat; in cuius parte media atque superiore, pinna una erigitur, altera quoque inferiori parti haeret. Color ei cineraceus, lineis quibusdam latis et obscurioribus ex pisee medio exortis posterio-rem ejus partem ad caudam usque pingentibus. Est maris Aegyptii accola, ex quo Nilum quoque subit, et in ejus ostio, quod Saiticum vocatur, capitur. Ob insolentem corporis detractum corium tomento impletur, et in domibus ornatus causa suspenditur: suspensus, rostro ceti partem a qua flat ventus indicat. *Alter Scutatus seu Scutifer* dicitur, et in Septentrionali Oceano capitur.

Est corpore terete, mucoso, capite magis exerto quam superior: oris

Aldrov. de Piscibus l. 4. c. 16.

scissura majore, dentes in eo sunt plures et minores; oculi parvi, et exquisitè rotundi. Branchiarum rimam multo majorem habet: intra has pinnas duas. Subest pro sterno os illud, quod scuti specie esse diximus. Neque prona neque supina parte pinnas habet, cauda in unam latam definit. A capite ad caudam usque ossa ovi figura disposita sunt, inter quorum intervalla aculei interjacent. Piscis est rarus et non edulis. Tertius est *Echinatus seu Muricatus*. Aculeis totus hic Orbis riget, ut manu tollere non possis, nisi cauda extrema apprehensa. Capite est multo minus exerto, quam proxime descriptus, corpore magis rotundato et majore, in quo nullae sunt pinnae praeterquam in cauda, quae in unam definit. Sunt qui Hystricem ab aculeis,

Aldrov. de
Piscib. l. 4.
c. 17.

non inepte appellent. Possit etiam nonnullis videri Aeliani *Sagittarius*, quem rubri maris piscem esse scribit. *Sagittarius* in eo mari procreatur, et quoniam erinacei speciem et similitudinem habet; firmis et bene longis armatur aculeis. Sed de hac re judicent ii, qui maris rubri pisces viderunt. Nihil temere de rebus parum compertis affirmare volo. Quartus, quem Aldrovandus dedit, quod ad oris figuram potissimum cum Scutato convenit, *Stellatus* sive *Asterias* cognominatur, quod totus conspersus sit stellis seu asteriscis: differtque a caeteris, quod neque ad branchias, neque in caudae exortu pinnas habeat, sed ultra tergoris medium, nisi pictoris id incuria factum sit. Pinnae etiam caudae in extremo viridi sint colore.

Aelian. H.
A. l. 12. c. 23.

CAPVT VI.

De duobus piscibus Orbibus annumerandis.

TAB. XXIV.
13. 14.

Oblongi quidem hi Pisces sunt, Orbibus tamen annumerari possent Gesnerus, tum quod mucrones ut illi in corpore eminentes habent, tum quod a mucro, quem similiter ore emittunt, vulgo *Snottolf* quasi *Myxini* aut *Mucrones* appellantur. In prioris effigie color erat circa dorsum, qualis in terrestribus ranis videtur: circa latera et inferius ex subcaeruleo et viridi permixtus. Antverpiae cinereo colore capi audio. Sic ille. Alterum et hic quoque depictum, *Snottolfi* nomine missum, ex icone, sive ea, inquit, naturalis, sive aliquid etiam in ea artificiosum est, sic delineavit. Longa est dodrantem et palmos duos, lata palmum unum, circa medium praecipue ad caput attenuatur, sed magis ad caudam: *dorsum* medium fastigiatur, punctis no-

tatur variis, subrotundis, et eminentiis exasperatur triangulis, per tres aut quatuor ordines digestis per intervalla. Oris hiatus, figuram fere ovalem refert. Pinnae ad branchias binae, una in sine dorsi, altera in sine ventris, inter quas corporis pars extrema veluti discretæ, et articulo distincta videtur. *Cauda* tripartita, sive natura, sive potius arte. Mucosus admodum est, inquit, ille qui misit; non ossium, non carniū quicquam habet: mucoso tantum lentore expletur. Captu difficillimus. Nam ubi hamum vel retia senserit, suum illum mucum evomendo, lubrica reddit omnia, contractoque in orbem exuvio profilit. Mollem quidem et mucosam carnem, et eminentias trigonas, cum aliis *Snottolfis* communes habere videtur.

CAPVT VII.

De *Holosteo Bellonii seu Ostracione Gesneri, et Catan.*

TAB. XXV.
7. 8. 9.

De hoc Pisce sic ex *Gesnero et Bellonio Aldrovandus*. Hunc quoque e mari Nilum subire, et si ignoremus, marinum tamen esse ex corii duritie conjicimus, qua testam fere

ostreaceorum imitatur, unde cum ob hoc, tum quod *ὄστρακον* a Strabone inter Niloticos pisces numeratur (in vulgaribus Strabonis codicibus impressis legitur *στρακόν*, sed interpret Latinus

ὄστρα-

TAB.

Aldrov.
de Pisc.
l. 5.

do, minor autem Cyprino lato. *Parit* Junio mense. Muscarum fluviatilium (sive lacustrium) genus est quoddam magnum, oblongo, terete, varioque corporis alveo, has insungunt hamis ad inescandos Rutilos. Februario Martioque mensibus apud alios Germanos, Novembri apud nostros *in cibo* praefertur. Majo rursus deterior fieri, et imminui incipit. Parari jubent peritiores instar Cyprini; et vino frigido immixtum elixari. Haftenus ex Gesnero. Putatur cum

Vangerone Rondeletii esse idem. Hic autem corpore Ballero, (de quo suo loco) rostro Mugilibus similem esse ait, rostro tamen esse longiore. Dentibus carere, pinnas adbranchias duas habere subaureas, in medio ventre duas alias croceas; ab excrementi meatu unicam, in dorso aliam. Caudam in duas desinere hasque a squammis initio integri, etiam si non adhaereant. Cyprino et corporis specie et carnis substantia succoque affinem esse, et vilem haberi.

TITVLVS II.

DE PISCIBVS FLUVIATILIBVS LAEVIBVS.

CAPVT I.

De Attilo Padi.

TAB.
XXVIII. 2.
*Aldrovand.
de Piscibus
l. 5. c. 1.*

*Plin. H. N.
l. 9. c. 15.*

*Aelian. H.
A. l. 14. c. 26.*

Tantum de Piscibus fluviatilibus squammosis, sequuntur Laeues, inter quos praecedat *Attilus*, in Pado inertia pinguescens, ad mille aliquando libras catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus, ut Plinii verbis utar. Piscis est Cartilagineus, Sturioni magna ex parte respondens. Hujus enim more *ossa* gerit clypeata, sed ea tempore dicitur abjicere, idque in causa esse, cur alii sine ossibus, alii cum ossibus depingant: post quae, *pinna* dorsi est unica, cui parte supina subjacent duae, quales omnino sunt Sturioni. Cauda etiam in duas deficit. *Os* clausum ad obliquam lineam incisum est, sed apertum et hians rotundum. Ante illud pendente rostro *appendices* carnosae et molles. Branchias opertas habet, ad quas pinnae fitae sunt. Quomodo vero a Sturione, quem Franc. Philephus Attilum esse credebat, differat, Coelius Calcagninus perquam erudite docet his fere verbis. Quod a me percontaris, an Attilus, quem Ladanum vulgaris nomenclatura solet appellare, is sit, quem Italia Moronem, Ulonem Pannonia vocat: paucis respondebo, me eundem non existimare, vel ex Plinii testimonio, qui eum Pado vult peculiarem esse; quo loco de propriis quorundam amnium piscibus ait. Sed ego; et tecum agam libe-

ralius, non modo te ad Plinii, sed ad oculorum etiam tuorum testimonium provoco. Totamque itaque Attili effigiem ac membraturam quanta potui brevitate perstrinxi. Et quia non satis perspicue id fieri posset, nisi non alicujus piscis exemplo uteremur. Hyccam sive Sturionem, qui nullo ferme loco non nascitur, mihi proposuisti. Qui licet in mari natales habeat, solet tamen adversus amnes mira subire voluptate, donec jam praepinguis redeat. Moronis sive Ulonis exemplo nondum dixi, quod neque ii pisces non cognoscantur, neque mihi eorum imago satis memoriae inhaereat. Sic ergo accipe: Attilus hoc differt ab Hicca sive Sturione, quod Sturio pelagius est: Attilus amnicus est, et Pado peculiaris. Sturio non temere visus aequare quatuor talenta Attica, id est, trecentas libras: Plinius scribit Attilum ad mille libras, id est, supra XIII. talenta excrevisse. Quae magnitudo sane insignis et raro perspicua. Attilus cum ad certam magnitudinem excrevit, *squammas* hispidas abjicit, quas per quinque versus dispositas gerit, in summa scilicet dorsi spina ex utroque latere geminatas, et sibi quasi parallelas, extremus versus pinnas attingit. His abjectis tactu laevis evadit, nec habet quod unguem offendit. Contra Sturio semper hispidas squammas